





TRACTATVS
DE SEQVESTRO

Cum quodam Consilio cuiusdam Syndicatus.

PER EXCELL. D. GVIDONEM FOIANVM. I. V. D. Illustrem.

Nuper in lucem editus.

Vbi circa materias continentur omnia, quæ quotidie in foris occurrunt, & quæ sunt valde vtilia D. D. Causidicis & Notarijs.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCVIII.

Apud Bernardum Iuntam, Ioan. Baptistam Ciottum & Socios.



ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISS.^MO

D. D. meo Colendiss.

ALEXANDRO ESTENSI

S. R. E. Cardinali.

Guido Foianus Malchiauellus.



X omnibus rebus Illustriss. & Reuerendissime D. D. mi obseruandissime, quæ non solum hominibus, sed Ciuitatibus etiam maximas calamitates importare solent, nulla est infestior, nulla perniciosior, quàm otium. Nam cum tria sint bonorum genera, animi, corporis, & rerum externarum, his omnibus

mortales ita spoliat, totque malis ita onerat, ut nihil omnino præter hominis nomen, nihil præter figuram, & hominis imaginem retineant. Quis enim unquam, ut a bonis corporis incipiam, otiosus bona ualetudine est usus? quis corporis muneribus functus? quid ita? quod cum uentris, & guttu. ris uitio huiusmodi homines laborent; cumque nihil aliud cogitent, quàm ea, quæ ad corporis uoluptates pertineant; conuiuijs magnifice, & splendide instructis oblectantur, & ad ea ueniunt, non ut naturæ desideria satiant, quæ paruo contenta esse solet, sed ut uentrem (quasi essent, ut Venusinus Poeta cecinit, solum fruges, consumere nati) exquisitissimis epulis, ac præstantissimis

uinis

uinis expleant. Hinc autem fieri ſolet, ut ſemper eadem ineant, nec Orientem, nec Occidentem unquam ferè Solem uideant. Hinc profectò tot morborum genera, lippitudines, tuſſes, capitis, laterum, artuum dolores exiſtunt. Quid de luxuria? non ne ipſa quoque ex huiuſmodi epularum, uinique intemperantia defluit? quæ cum temerè, & effrenatè ad occupanda omnia irrumpat, nullum eſt officium, nullum ius, tam Sanctum, tam integrum, atque ſolemne, quod uiolare non audeat. Quid enim aliud cauſæ, quamobrem Lucius ille Catilina acerbè, atque crudeliter Imperium tantis laboribus comparatum, libertatem tanta uirtute conſtitutam, tot (ſingulari Deo-

rum Immortalium benignitate) auctas, congestasque fortunas perdere, vnaque hora, vel saltem nocte omnia penè delere, tot Ciues trucidare, Italiam totam ferro, & igne deuastare, in animum sibi induxerit, fuisse opinamini, quam effusas ex otio in omnem intemperantiam libidines? posteaquam enim patrimonium per otium, & eas opes, quas per scelas adeptus erat, profundere haud veritus est, omnibus sibi demum destituto subsidijs, vt aliena concupisceret, & inuaderet, & ad immania, inauditaque facinora se, cæterosque complices accingeret, necesse fuit. Omitto, quod iuuenes adeo languescunt otio, sic per otium, & animo, & corpore torpent, vt si quando sit opus, ne

minimum quidem laboris, vel pro se, vel pro patria, vel pro parentibus, & propinquis, amicisve suis sustinere queant, nullaque audeant adire pericula, testis est Annibal Carthaginiensis, testes ipsius Romana penes monumenta milites, qui otio campano ita corrupti erant, ita imbelles facti, vt nihil deinde dignum ea virtute bellica, militarique disciplina præstare potuerint, qua tot antea consulares Romanorum exercitus penè deleuerant, tot victorias consecuti fuerant. Nec quicquam aliud grauius Romanæ iuuentuti Scipio ille Nasica metuebat, quam ne hostis nullus existeret, a quo ipsa in armis, vsque contineretur, ac perpetuis versaretur in prælijs. Ad Senatum olim Romanum est relatum Car-

thaginem perpetua Romanæ in bello exercendæ uirtutis cauſa ſolo eſſet æquanda, planeque delenda. Cui relationi Cato uir in omni acerrimus actione, neque minus conſtans, quam ſeuerus cum militaris, tum Vrbanæ etiam diſciplinæ uindex ſtatim interceſſit, magnaque uoce reclamans, id eſſe faciendum negauit. Cuius optimi Ciuis, & prudentiſſimi uiri conſilium, ſi Romani ſecuti eſſent, fortaſſe non tam cito luxuria, & auaritia, mortalium utraque cordium tabida lues, Ciuitatem eam inuaſiſſent, neque multo poſt funditùs ipſam perdidiſſent. Iam uero otio dominante nulla exercentur ingenia, ſed omnia languida fiunt: nihil arduum, nihil magnificum, nihil utile no-

bis ipsis, affinibus, conciuibus nostris, & alienioribus etiam excogitatur: nullæ bonæ artes excoluntur: nulli patet disciplinæ locus: nullus haud dicam inuenitur ad uirtutum præsidium contra fortunæ, ac uitij tela septus, ac munitus angulus, sed ne ulla quidem fortitudinis, constantiæ, aut modestiæ uestigia extant: nullus denique uirtutis in terris amicus apparet. Cum enim uirtus in difficili, & arduo loco sita sit, quo non sine maximis molestijs, non sine summo labore, plurimoque sudore non solum accedere, sed ne aspirare quidem licet. Qui otio marcescunt, ma lũt (ò miserum hominum genus) in tenebris iacere, perpetuoque uitam silentio præterire, quàm vllum laborem suscipere, aut quid-

quam

quam perpeti, quo memoriam sui (quibus, vt & cæteris omnibus exiguum quidem vitæ curriculum natura circumscripsit.) quam maxime longam efficere, & ad Deum proxime accedere possint. o teterrima, & execranda pestis, tu mortales corporis commodis, tu pueros inficis, adolescentes corrumpis, iuuenes eneruas, viros polluis, senes libidine dedecoras, dignitate omni, & autoritate priuas, te auctore virgines violantur, viris coniunctæ in adulterium, & stuprum illiciuntur, viduæ a suis sententijs demouentur, atque ne singula prosequar, nullum est hominum genus, nulla ætas cui tu parcere discas, quam tu maximis calamitatibus, & ærumnis turpiter, ac misere non conficias, Quæ omnia

nia mecummet ipſe cogitans, & reminiſcens nihil magis hominibus naturæ ipſius inſtituto conducere, nullaque facilius ipſos ratione Dijs ſimiles fieri, magiſve copulari, iure optimo ſentire videor, quam omni fugato otio, hominibus prodeſſe. Cuius rei pro virili parte præſtandæ gratia ad laudem Omnipotentis Dei, & immaculatæ Matris ſuæ tractatum de ſequeſtrationibus ſcitu dignum, vtilem, perneceſſarium, & quotidie in iudicijs foriſque verſantem ad communem omnium, qui leges profitentur, vtilitatem componere, deſcribereque decreui, onus hoc equidem nimis meis humeris graue ſuſcepi mediocri non tamen labore, multis uigilijs, ac lucubrationibus ad optatum finem perduxi,

vna

vna cum quodam conſilio contra
quendam iudicem, qui male, &
perperàm inquiſiuit, proceſſit, &
condemnauit, in quo multis ratio-
nibus ipſum iudicem ab Excellen-
tiſsimo Domino Sindicatori fore,
& eſſe carcerandum, & condem-
nandum, oſtendo: id autem liben-
tius profectò feci, ac perfeci, vt il-
lud Illuſtriſsimę, & Reuerendiſsi-
mę D.T. dicare poſsim, nec ſine ma
gnis quidem cauſis hoc optare mi-
hi contingit. Tu enim liberalium
es morum amator, virtutum om-
nium fautor, vere humanitatis prę-
ſidium, liberalitatis lumen, iuſtitiæ
decus, munificentiæ exemplar, bo-
norum adiutor, malorum depræſ-
ſor, pacis auctor, miſerorum defen-
ſor, & vt vno me verbo expediam,
neve tam profundum innumerabi-
lium

lium tuarum laudum mare ineam, tu es omnibus virtutum generibus præditus, quæ virũ ſummo loco natum decent. Has nullis nimirum extollere verbis aggrediar, omnibus enim patent, ac per ſe ſine hominũ voculis, vlliuſve ſcriptis ad cœlos euolant: immortales fiunt: in oreq́ue omnium ſummo cum gaudio totius Romanę Curię Catholicorum Principum, propinquorum, familiariumque tuorum verſantur. Quamuis autem meæ uoces nullius ſint ponderis, minimeq́ue dignæ, quæ ad tanti uiri laudes perueniant, mei tamen in te animi ſtudium, miraque perpenſio me compellit, ut exiguum hoc gratitudinis ſummæque meæ in te obſeruantiæ munus, totum ad te libentiſsime deferam, ac Deum, cui intimi

cor:

cordium omnium ſenſus late pa-
tent, teſtetur, quantum me tibi in-
ſeruiendi deſiderium teneat, tot e-
nim ac tanta in me tua merita ex-
tant, vt neque ſcriptis, neque re-
bus ipſis aſſequi poſsim. Mitto igi-
tur ad Illuſtriſſimam, & Reueren-
diſſimam amplitudinem tuam eum
quem dixi, tractatum, conſiliumque;
que; teque humiliter oro, & ob-
ſecro, vt æquo animo, hilarique
fronte hoc opuſculum accipere, ab
iniquis, maleuoliſque tueri, ab om-
ni zoilorum morſu defendere, ſub
acerrimo tui præclariſſimi, ac ce-
leberrimi nominis patrocinio tu-
tum in lucem prodeundi iter ei a-
perire, tuaque ſimul beneuolen-
tia, cuius eximij fructus, cum ip-
ſa quidem ſunt immortalitate con-
ferendi, me perpetuo dignari ve-

lis,

lis, Tibi interea magno S. E. incremento, atque ſplendori, diuinum numen ſuppliciter rogo, vt eam fœlicitatem, & exaltationem elargiatur, quam tuas ſingulares promereri uirtutes, uno omnes ore fatentur, & prædicant.

Humiliſsimus

Guido Foianus Malchiauellus.

TRACTATVS DE Sequestrationibus

EXCELLENTIS
D. GVIDONIS FOIANI
I.V.D. Mutinensis reductus
in regulas, valde vtilis
in Foris.

Et quoddam consilium in causa cuiusdam syndicatus, valdè vtile.

REGVLA PRIMA.



Equestratio est duplex altera voluntaria, altera iudicialis, siue contentiosa, testibus D.D. Bald. Salyc. & Curt. in l. vnica, C. de prohib. sequestr. pecu. idē Bald. in cap. 1. ext. de sequest. possess. & fruct. & Cardin. in Clem. 1. eodem titulo, necnon, Ioan. And. post Ioan.

 Mando.

Mando. in cap. locupletari, de regulis iuris, in 6. Iacob. de Aren. in suo tract. de sequest. num. 1. & Dominus Angel. de Perus. eodem tract. in princip.

1 Voluntaria fit ex beneplacito, & partium conuentione, puta quando plures rem aliquam penes aliquem deponunt, siue penes Iudicem, certa conditione adiecta de ea custodienda, & restituenda, vt in l. propter, & in l. is penes quem, C. de posit. & l. propriè, C. eodem tit. & ista sequestratio est semper permissa, & admissa, l. interesse puto, vbi Bartol. ff. de acquiren. vel omit. possess. Iacob. de Aren. & Dominus Ang. locis supra adductis, & allegatis.

2 Iudicialis vero sequestratio, de qua in hoc opusculo dicturi sumus, fit à Iudice altero de duobus modis, aut super re contentiosa, aut ad sui iuris conseruationē, puta quando litigantes, Iudicis auctoritate rem de qua controuertitur apud officium, vel apud Ædem sacram deponunt, l. licet, ff. deposi. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. & in l. sequestrum, ff. de verb. signific. Vel quando debitor ad euitandum cursum vsurarum vult sortem soluere, & creditor aliqua ratione negat, & eam recipere minimè vult, nec intendit, tunc ipsa pecunia deponendo eam penes officium, seu penes alium virum probum sequestratur, l. debitor, ff. de

vsur.

3 vsur. l. acceptam, ff. eodem titulo. Aliud exemplum in heredibus volẽtibus ius suum super tabulis testamenti in posterum conseruare, & communibus cautionibus, quia si ius non concordat, vel ipsi insimul concordare nõ possint, Iudex sequestrari faciti, l. cæteræ itaque, & l. si quæ sunt cautiones, ff. famil. erciscun. & l. fin. ff. de fide instrument. Et hæc iudicialis sequestratio generaliter est prohibita, vt diffusè dicam infra, in reg. 6. incip. Sequestratio pecuniæ, vbi si casus euenerit, omnino vide, & considera, ac dic, & limita vt ibi, quia benè.

4 An vero inter voluntariam sequestrationem, hoc est depositum, & iudicialem, siue contentiosam sit differentia, dic in tribus differre, de quibus, & doctè Curt. in eodem suo tracta. de sequestr. versic. quinto quæro, numero 29.

5 Et scias quod hæc sequestratio, quæ fit Iudicis mandato, fit vno ex quatuor modis; Primo modo ex mero officio præsidentis, seu Potestatis, puta quando ipse Potestas aliquos ad arma, & rixas diabolicas paratos videt, de quo dicam infra in d. reg. 6. incip. Sequestratio pecuniæ, limitatione sexta, num. 29. & in alijs diuersis locis dictæ regulæ sextæ. Secundo modo per officium Iudicis mercenarium deseruiens sequestrationi, quia si seruitium est debitum, seque-

ſtratio fieri poteſt, puta beneficiatus non vult beneficio ſuo ſeruire, ſuperior fructus dicti ſui beneficij ſequeſtrari facit, ad hoc vt beneficiatum efficiatur, nec ad hoc obſtat aliqua appellatio, quia eſt delictum notorium, & poteſt ſuperior prædicta facere, & appellationem non admittere, cap. peruenit ad nos, extr. de appellation. Quotieſcunque enim Iudex videt onus aliquod alicui incumbere; & illud non implet: ſi id ad quod tenetur, facta prius biná ſaltem monitione, non faciat, tunc ſequeſtrum facere poteſt, de quo vide d. Curt. in d. ſuo tract. de ſequeſtr. quæſtio. prima, poſt numer. 22. & numerũ 23. & 29. vbi dicit officium Iudicis mercenarium deſeruire ſequeſtrationi fiendæ, vel propter onus incumbens rei, quod non expletur, vel propter abuſum rei conceſſæ, vel ex qualitate perſonarum, vbi ex facti natura incompaſſibilitas inducitur, prouidendo partibus per cautionem, vel alio modo, ſibi melius viſo. Tertio modo ad petitionem ſequeſtri, & de hoc eſt bonus text. in l. ei apud quem, §. ſi vellit, ff. depoſi. Quarto vero, & vltimo modo fit ad petitionem partis per Iudicem, & hæc eſt materia, de qua tractaturi ſumus.

6 Quis vero Iudex ſequeſtrum decernere valeat, dic Iudicem, qui capturam perſonæ ordinare, & committere poteſt, poſſe etiam

tale

tale sequestrum decernere, & mandare: & ratio est, quia argumentum de sequestratione rei ad sequestrationem, seu arrestationem personę valet, secundum mētem Bald. & cæterorum in l. dies festos, C. de ferijs. & quod tale argumentum de rebus ad personas, & de personis ad res sit in iure validum, & teneat, vult Maran. in suo Speculo praxis ciuil. par. 4. distinct. 1. num. 24. per l. qui plures, ff. de vulg. & pupill. substit. & l. miles ita, vbi latè Bart. & cæteri, ff. de milit. testament. & idem tenet, & validat Ias. in l. sed & si possessore, §. si cum de hæreditate inter te, & me, ff. de iureiur.

7 Similiter quæritur, quis possit petere, & instare sequestrum decerni, & fieri, dic quod ille, qui potest capturam debitoris sui impetrare, argum. prædictorum, & quis capturam petere, & impetrare possit, dixi supra in præsenti reg. & dicunt omnes scribentes de captura, nec in aliquo discrepāt.

8 Scias tamen plus esse personam capere, & arrestare, quam rem interdicere, & sequestrari facere, teste D. Paris. ad consuet. Paris. tit. 2. glos. 1. versic. arrestum, num. 3. & si vis videre in quibus conueniant, & in quibus dissentiant captura à sequestratione, & missione in possessionem, legito eundem D. Paris. d. glo. 1. num. 11. & sequen. vbi latè, & Paris. in consil. 107. num. 72. vol. 3.

Bartol. vero in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciatio. & Pari. de Put. in d. l. 1. ff. de prohib. sequestr. pecu. vbi dicunt sequestrationem per quemlibet de populo fieri peti posse.

9 An vero apparitor, seu seruiens, sine licentia Iudicis sequestrare possit? dic quod non, nisi periculum esset in mora, vulg. ll. Est bene verum quod postquam mandatum habuerit, seu præceptum à Iudice de sequestrando, quandoque sequestrare, & exequi poterit, etiam si Iudex moriatur, vel ab officio dilungatur, vel seu officium relinquat, de quo vide Petr. Pecch. in suo tract. de iur. sisten. cap. 4. num. 16. vbi allegat Hippol. in l. fin. num. 181. ff. de iurisdictione omnium Iudicum, & tex. est, in Authent. vt nulli Iudi. non liceat habe. §. si vero, col. 9. & est ratio, quia præceptum Iudicis cum cognitione causæ, morte non expirat, secundum Dominum Angel. in l. si per epistolam, ff. de acquir. hæred. cum simil.

10 Quid vero creditor ad obtinendam sequestrationem facere, & probare debeat, dicam in sequenti reg. vbi omnino vide, & dic ac limita, vt ibi, quæ est reg. 2. incip. petens fieri sequestrum.

11 An vero sequestrum sine citatione decernatur, dic quod sic, quando periculum est in mora, alias non, de quo vide Curt. in di-

cto suo tract. de sequest. quæstio. 7. num. 40. Massuer. in addit. ad Pract. Papi. in for. sequest. glo. 1. incip. sapiens, & Alexand. consil. 6. volum. 4.

12 Et quando sequestrum fieri possit ob suspicionem fugæ, vide Ias. in §. 1. num. 86. Instit. de actio. qui ibi diffusè de hac sequestrorum materia tractat.

13 Sed nunquid talis sequestratio die feriata in honorem Dei fieri possit? dic quod sic, vbi mora aliquid periculum allatura esset, aliàs secus. hoc notant Bald. Salyc. & Curt. in d. l. vnica, C. de prohib. sequest. pecu. si enim persona debitoris suspecti de fuga capi potest, & in carceribus detrudi, cur; & res ipsius eodem tempore feriato in honorem Dei sequestrari non possunt? vide Baldum hoc dicentem in dic. l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cogan. & l. si vt proponis, C. quomodo, & quando Iud. & in cap. 1. ext. de sequest. possess. & fruct. Bart. in l. ait Prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. credit. & ita seruari testatur, Alberi. in l. si feriatis, ff. de feri. Et quando fieri possint hominum capturæ in diebus feriatis in honorem Dei, dicam in sequentibus reg. vbi vide, dic, & limita, vt ibi.

14 Similiter an die feriata in honorem Dei talis captura reuocari possit, Bald. & Salyc. in d. l. vnica, C. de prohib. sequest. pecun. di-

cunt quod sic, & rationem optimam adducunt, dicendo quod sicut die feriata in honorem Dei fieri potest, sic, & reuocari, ne contractus claudicaret, & melior esset conditio creditoris quam debitoris, quod non est dicendum, quod tenet etiam Aret. in l. Imperatores, §. fin. ff. de appellation. Tu vero tene contra eos, & dic eorum decisionem valdè periculosam esse, quia in reuocatione sequestri, & capturæ nulla est suspicio fugæ, & nullum periculum in mora, sicut in concedendo sequestrum, & capturam die feriata, arguendo à cessante ratione, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. cap. cessante, de appellation. Ni forte ipsi velint dicere, quando isto casu sequestrum est nullum, & nulliter, ac perperam concessum, etiam die feriata in honorem Dei reuocari posse, quia idem est non facere, & minus legitimè facere, vulg. ll. Verum si esset periculum in mora, tunc posset reuocari, Bald. in dic. l. dies festos, C. de feri. & Doctor. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciatio. Si vero sit factum die feriata, tunc nullo modo die feriata reuocari potest, Bartol. in l. minor, ff. de euict. & Bald. in dict. l. dies festos.

15 An vero per sequestrationem amittatur possessio, dic breuiter quod aut loquamur de possessione voluntaria, aut de necessaria

ria, primo, casu transfertur in sequestrarium, secundo vero casu minimè, quia in dubio Iudex aliquem sua possessione priuare non intendit, & ita communiter tenent, Cyn. Bald. Salyc. & Curt. ac cęteri in dict. l. vnica, C. de prohib. sequest. pecu. Bartol. & alij in d. l. interesse puto, ff. de acquiren. possessio. Dominus Angel. in d. l. Imperatores, §. fin. Canonistę, in cap. 21. extr. de sequestr. possess. & fruct. & cap. examinata, de iudic. Anchar. & Card. in Clement. 1. de sequestr. possess. & fruct. Massuer. in addit. ad Pract. Papi. in form. sequest. in glo. 1. incip. sapiens vir, & in aliam addit. incip. latam sententiam, in fin. vbi plures congerit, & allegat, ✻ & maximè Villalo. inter communes opiniones, versic. sequestratio, qui testatur de communi, de quo vide Iac. de Aren. in suo tract. de sequest. num. 3. in fin. & Dominum Angel. in suo tractat. sequest. num. 2. & Papi. in dict. form. sequest. in glos. audeat, vel praesumat, & distinguè, vt ibi per eun. in princip. Vult enim si Iudex agit priuare aliquē possessorem sua possessione, tunc per sequestrationem possessio amittatur, secus si non agit priuare, vel dubitat. Nec est mirum, quia si Iudex aliquem suo Dominio priuare potest, vt Instit. de offic. Iudic. in vltimis verbis, & ibi glos. multo fortius possessione, vt habetur in l. qui vniuersas, §. item cum Praetor,

tor, ff. de acquir. possess. & habetur etiam in cap. 1. de sequest. possess. & fruct.

16 Quanto autem tempore duret sequestrũ, dic quod aut actor est paratus procedere in causa, aut non: primo casu durat quamdiu fuerit satisdatum, vel lis finem acceperit: secundo casu subdistingue, & dic, quod aut stat per eum, aut per Iudicem, aut per aliquem casum, vt puta si feriæ fuerint indictæ. Primo casu, statuendum est ei à Iudice tempus, infra quod agat, & agere possit, quod tempus Iudici arbitrarium erit, qui magna cum diligẽtia perquirere debet, qua de causa lis finem suum habere non possit. Secundo casu actori non currit tempus, impedimentum enim Iudicis non debet alicui partium onerosum fieri, Idem si Iudex moriatur, aut aliunde se transferatur. Tertio, & vltimo casu, non currit tempus durantibus ferijs, hæc omnia dicit Iacob. de Aren. in suo tract. de sequest. vers. sed quanto tempore, num. 12. Sed quoniam ferè vbique vigent statuta disponentia infra quantum tempus sequestra terminari debeant, vt & in Ducatu Mutinę, pluribus non insisto.

17 Et scias quod per sequestrationem bonorum litis pendentia non inducitur, secundum Moder. in l. quamuis, ff. de dam. infec. vt refert Caccialup. in suo tracta. de debitore suspec. quæstio. 15. num. 2. & seq. & est ratio

tio secundum eum, quia quoties quis ex cau
sa necessaria, puta propter suspicionem fu-
gę, vel quia actio tempore peritura erat, in-
cipiat iudicium coram vno Iudice, illud iu-
dicium agitari, & finem sortiri coram alio
Iudice poterit, allegat Bald. & Dominum
Angel. in l. vbi cœptum, ff. de iudic. vbi di-
cunt litem finiri debere, vbi principium
habuit, nisi in aliquibus casibus, ibi per Bar-
tol. datis, immo hic Bald. dicit, qui vadit ad
diuersos Iudices, puniri debet, & l. sed & si
restituatur, §. ædium, versicul. sed & si dies,
ff. eodem tit. de Iudic. Tu vero tene contra-
rium, quia licet in dict. l. sed & si restituatur,
permittatur quod iudicium iam cœptum
coram vno Iudice, ibi, coram eodem finia-
tur, non tamen ibi dicitur expressè, quod
non sit inducta litis pendētia, facit pro hac
contraria opinione, l. fin. C. de Iudic. & di-
cta per Bald. in l. ordinarij, C. de rei vendi.
& probatur in dict. l. vbi cęptum, ff. de iudic.
& facit, quia sicut per cautionem verbalem
iudicium dicitur cęptum, & per solam cita-
tionem, vt in §. fin. Instit. de pęn. teme. litig.
& per glos. & Doct. in rub. Digestorum, &
Codicis de in ius vocan. tanto fortius per
sequestrationem, & per Doct. in dict. l. vbi
cęptum, & l. si quis postea quam, ff. de iudic.
& ibi glos. & Castrens. vbi dicit, si citatus,
post talem citationem alterius fori efficia-
tur,

tur, non poterit tamen in illa causa declinare forum primi Iudicis citantis.

18 An vero sequestrum factum lite pendente duret in causa appellationis? videtur dicendum quod non, quia reuocatur, vel praestita fideiussione, vel lite finita, vt dixi supra, & probatur in dict. l. fideiussor, §. fin. ff. qui satisda. cogan. & sic lata sententia videtur finita sequestratio, pro quo facit glos. ordinaria, quam ibi sequitur Bartol. in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, vbi pignora arbitratori data, non durant in causa reductionis ad arbitrium boni viri, quae est quaedam appellatio, argum l. non distinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr. cuius Iurisconsulti verba haec sunt, per hanc igitur exceptionem quaedam appellandi species est. Sed tu contrarium teneas, quod erit verius, quoniam lis non dicitur finita, donec appellationis instantia, vel causa durat, & tanto fortius quando in appellatione de nullitate dicitur, ita ait, & tenet Castren. in l. contra maiores, num. 3. C. de inof fic. testamen. siue sit in prima instantia, siue in secunda, iux. tradita per Bald. in dict. l. si fideiussor, §. fin. num. 2. vbi dicit durare, per l. litibus, C. de agric. & cens. lib. 11. & Aret. in dict. l. Imperatores, ff. de appellatio. quos refert, & sequitur Curt. in dict. suo tract. de sequestr. versic. quaeritur, num. 65. Sed tunc

dicitur

dicitur lis finita, quando ſententia in rem iudicatam tranſiuit, ſecundum gloſ. in l. 2. C. vt lit. penden. & prædicta procedunt, ſi per actorem procraſtinantem ſteterit, quominus lis debito tempore finiatur, quia tunc ſequeſtratio reuocabitur, & res reo reſtituetur, l. ſi oleum, ff. de dolo, vbi ſequeſter non tenetur rem reſtituere, niſi lite finita, vel niſi actor ſit in mora agendi, & liti finem ponendi, quæ debito tempore finiri dicitur, per lapſum triennij, quod colligitur ex verbis, Bartol. in dict. l. litibus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. in ſumma dic, quod ſi ſequeſtrum ante litem conteſtatam, vel tempore litis conteſtatæ fiat, ſequeſtratio finitur triennio, ſicut finitur lis, ſed ſi pendente lite fieret, tunc tantum durat, quantum pendentia litis durat, & ſic pari modo inſtantia per ſtatutum abbreuiata eſt, & iſtud videtur de mente Ioann. de Imol. & Domini Angel. Aret. in d. l. Imperatores, §. fin. ff. de appellation. Nec obſtat ſi diceretur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti ſequeſtrationẽ reuocari, dict. l. ſi fideiuſſor, dict. §. fin. quæ ſatiſdatio finitur lata ſententia, ad hoc facit l. Græcè, §. poſt litem, vbi gl. ff. de fideiuſſori. quæ dicit, & fideiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur poſt ſententiam: quia reſpondeo tunc lata ſententia ſatiſdationem de iudicio ſiſti finiri, quando ſimpliciter

coram Iudice est interposita, tunc enim non durat coram alio Iudice appellationis, text. est valdè notabilis, & ibi Bartol. & cæteri Doct. in l. cum apud Sempronium, & ibi magistralis glos. vbi Accurs. hæc verba profert, fideiussor acceptus in prima causa, non tenetur in eo, quod iudicatur in causa appellationis, nisi aliter actum esset, ff. iudi. solu. Sed satisdatio, quę pro sequestribus datur, simpliciter non datur, sed etiam de re non barattanda, & restituenda, quæ satisdatio non cadit, nisi postquam sententia in rem iudicatam transiuerit, & executioni demandata fuerit, argumen. l. sciendum, vbi Alexand. §. si fundum, ff. qui satisd. cogan. ergo in causis appellationum sequestratio durat, cum fideiussio loco sequestrationis succedat; dict. l. litibus, C. dc agricol. & cens. lib. 11. Et quod sequestratio facta in prima causa, seu instantia, etiam in causa appellationis duret, tenet Bald. in addit. ad Specul. in tit. de sequest. possess. & fruct. in princip. Ad quod animaduertere debent Notarij, quod quando stipulant dictas fideiussiones, eas concipiant, nedum de iudicio sisti, sed de re non barattanda, & absque aliqua procrastinatione restituenda, secundũ Bartol. in dict. l. litibus, sed sufficit etiam si dicant, talis promittit de iudicio sisti, & de re non barattanda, iux. formam iuris, & statutorum,

tutorum,

tutorum, de quo vide Alexand. in apostillis, ad Bartol. in dict. l. litibus, & vide etiam Curt. in d. suo tract. de sequestr. versic. decimonono quærit, num. 68. & sequentibus vsque ad num. 71.

17 An vero sit differentia inter sequestrationem rei mobilis, & sequestrationem rei immobilis, dic apertè quod sic, nam sequestratio rei mobilis apud tertiam personam fieri debet, sed immobilis penes possessorem fieri debet, prohibendo ei alienationem, & contractum de dicta re sic sequestrata, Bartol. hoc tenet, in l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. quæ sanè fit, quando est suspicio de aliquo ne fugiat, & possidet immobilia, quia absens illa bona alienare, & distrahere poterit, Bartol. per text. in d. l. de pollicitationibus, Bald. que; & Alber. in dict. l. si fideiussor, dict. §. fin. & Curt. in d. suo tract. de sequestr. num. 72. versic. vigesimoprimo quæro, Fit etiam quando est suspicio de dilapidatione, vt latè dicunt omnes Doct. super hoc facientes, asserentes debere tunc fieri causa cognita, & citato illo cui interdictio facta fuit, vel facienda sit, quos vide, & nedum fit vbi subest dilapidationis suspicio, sed tanto magis, quando quis bona, etiam si sit remissa causa à testatore, dissipat, teste de hoc Bal. in l. iubemus, C. ad Trebell.

20 Quan-

20 Quando autem reuocatur sequestratio, nec non, & inhibitio, seu interdictio, dicam in sequentibus regul. & dicit Iacob. de Aren. in suo tracta. de sequest. num. 9. & seq. & dic, ac distingue, vt ibi per eum.

21 An vero in prima instantia sequestrum fieri possit, dic quod sic, ubi reus conueniendus non est soluendo, ita ut succumbens in causa, aestimationem minimè praestare ualeat, faciunt tradita ab Alber. in l. iure naturae, sub num. 11. ad fin. ff. de regulis iuris, & eleganter per Bald. in dict. l. unica, nu. 5. & Abb. in cap. fin. ubi etiam Imol. extr. de sequestr. possessio. & fruct. & huius quoque opinionis fuisse uidetur Paris. in consil. 41. num. 45. in fin. uolum. 1. Intellige hoc procedere, quando res mobilis sequestratur, seu pecunia, quę dicitur res mobilis, secus si possessio, uel terrenum sequestraretur, quia tunc siue certa, siue dubia sit possessio lite pendente sequestrari nequit, de hoc est text. in cap. significante, & ibi Bald. & Dec. extr. de appell.

22 Et quando sequestrum ob suspicionem fieri possit, not. Ias. in §. 1. num. 86. Institut. de actio. ubi plura in hac sequestri materia; Quae uero faciant quem suspectum, dicam infra in regul. sequenti. Et similiter quae faciant, uel seu quae res sequestrari ualeant, dicam infra in omnibus ferè regul. ubi casu

emer-

emergente,videre non te pigebit,dicque & limita vt ibi.

23 Postremo scias quod si ille,cuius res seque strata fuit,non habeat aliunde vnde viuat, se ali de fructibus rei sequestratæ, ac etiam de re ipsa petere potest,& de his viuere,tex. est in l.fin.C.de agric.& cens.lib.11.& ita tenet Iacob.de Aren.in d.suo tract.de sequest. possess.& fruct. cætera ad præsentem materiam Deo fauenti,dicam in sequentibus regulis, vt prædixi, & adeo diffusius, & ordinate,vt super traditis poteris te fundare.

SECVNDA REGVLA.



PEtens fieri sequestrum super bonis alicuius suspecti, aliqualem fidem de credito suo Iudici competenti, cuius officium imploratur, facere debet, vel per ostensionem instrumentorum, vt voluere Barb.in cõs.9.col.10. vol.2. & Bal. in suo tract.de carcerib.c.1. incipien.de carcere,num.8.c.olim ex literis, col.3. extr.de rescript.& Barto.in d.l.litibus,in fin. & ibi Dominus Angel.in addit. per tex.ibi, C.de agric.& cens.lib.11.& Franc.de Curt.in suo tract.de sequest.q.12.num.49.& sequ.quem

omnino in præsenti articulo vide. Vel per testes, si forte instrumẽta, siue singrapha ad manus non habeat, vel super eius credito celebrata non fuerint, vel denique per aliquam aliam legitimam, & summariam probationem, per quam iudex aliquo modo, id quod asseritur, credere possit, teste Rebuff. ad constit. Regni, tom. 1. artic. 6. glo. 3. num. 43.

2 An vero solum iuramentum ad improbãdam sequestrationem sufficiat? dic quod sic, propter periculum, quod est in mora, testibus Domino Ange. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribu. & Imo. in l. 2. ff. solu. matr. quos referunt Petr. Pecchi. in suo tractat. de iur. sisten. c. 11. num. 4. & Cust. quoque in d. suo trac. de sequest. q. 8. num. 42. & seq. quos vide circa hæc loquentes. Quoties enim periculum est in mora, ad probationem sufficit iuramentum, tenet glo. & Innoc. in cap. quoniam, ext. vt lit. non contest. iux. l. eorũ, ff. de damn. infec. & l. qui bona, §. si quis, ff. eod. titu. Si enim doctores volunt, quod ad obtinendam capturam iuramentum sufficiat, quanto magis illud ad obtinendam bonorum sequestrationem valere debet? & ratio mihi videtur, ne si aliæ probationes perquirantur, quæ sæpe ad manus, & in promptu non sunt, interim dum creditor fidem facere vellet, & testes, vel documen-

ta

ta inuenire, debitor aufugeret, Rom. in d. l. fideiussor, & Salyc. in d. l. vnica, de quo vide etiam Caccialup. in d. suo trac. de debit. suspec. q. 6. nu. 9. vsque ad nu. 16. vide etiam Cast. in cons. penul. vol. 1. & Paris. in consil. 107. num. 54. vol. 3. & Petr. Pecch. d. cap. 2. nume. 4. quod tamen intellige procedere, quando summarie, aliquae causae suspicionem inducentes, probantur, not. Bald. in l. apertissimi, C. de iudi. quem refert, & sequitur, Vit. in suo trac. claus. vers. nihil nouari dilatione pendente, Philipp. Dec. in consil. 75. Castr. in cons. 40. & Anch. in consil. 85. quae probatio (debitore non citato) fieri po
* test, & debet, de quibus est communis opinio, testibus omnibus scribentibus, in l. consentaneum, C. quom. & quan. Iud. Alex. & Ias. in d. l. si fideiussor, §. satisdatum, idē Ias. in §. 1. num. 89. Inst. de act. Nec etiam est necesse quod, rationibus, & causis infra dicendis, Iudex pro tribunali sedeat.

9 Et scias quatuor esse causas, quae reddūt quem suspectum, ad hoc vt sequestratio obtineri valeat, testibus Domino Angel. in d. suo trac. de sequest. num. 5. Iaco. de Aren. in suo trac. de sequest. num. 6. & Fran. de Cur. eodem trac. q. 6. num. 33. quibus in locis videre non te pigebit, & sunt istae, videlicet. Prima quando non possidet. Secunda quando pauca mobilia, sed non sufficientia ad sa

tisfactionem petitam possidet. Tertia quando per prius se, & bona sua malè gessit. Quarta, & vltima propter malos mores: & quamuis multi Doctor. tredecim esse casus dicant, quibus quis suspectus dici possit, tamen est magis communis, quod solummodo sint quatuor, & propterea hoc ad arbitrium D. Iudicis relinquitur, & sic sum primæ opinionis, vt probatur in d. l. si fideiussor, d. §. fin. ibi si hoc Iudici videbitur.

4 An vero omnes dictæ quatuor causæ copulatiue ad obtinendam sequestrationem requirantur, vel quælibet ex eis de per se sufficiat, Dominus Ang. in d. suo trac. de seques. affirmatiue tenet vnam tantum ex eis sufficere, per l. sciendum, ff. qui satisd. coga. vbi cautio requiritur si immobilia non possidet, vel pauca possidet non sufficientia, vt dixi, idem tenet Curt. in d. suo tracta. de sequest. d. q. 6. d. nu. 33. ex qualitate enim personę perpenditur suspicio, & sic arbitrio Iudicis æstimatur, & declaratur per eum, an sit necne suspectus, de quo vide in d. l. si fideiussor. & Iac. de Aren. in l. si tutor, per illum tex. ff. de suspec. tut.

5 Cum igitur aliquis creditor rem, vel pecuniam debitoris sui sequestrari facere velit, coram suo Iudice compet. & ordinario comparere debet, & eidem exprimere qualiter est creditor, puta Antonij de summa scutorum

ſcutorum mille, & quia d. Antonius eſt ſuſpectus, & quia forenſis, & quia immobilia ſufficiẽtia non poſſidet, prout iurauit, ideo ſequeſtrum penes Franciſcum debitorem debitoris ſui fieri petit, qualiter non debeat dicto Antonio aliquas pecunias, vel res ſoluere, quas habet de iuribus dicti ſui debitoris, ſine expreſſa licentia, & mandato dicti Domini Iudicis, & tunc facta aliquali fide de credito ſuo, vel per inſtrumentum, vel per æquipollens, vel per teſtes, vel alias ſcripturas, Iudex decernat ſequeſtrũ. Et ſi vis videre, quas res Iudex conſiderare debeat antequam ſequeſtrationem committat, tradit Curt. d. ſuo trac. de ſequeſt. q. 6. 7. 8. & 9. num. 30. vſque ad num. 47. Sed quoniam vbique inueniuntur ſtatuta, & conſuetudines diſponentia, & diſponentes circa ſequeſtrationes eas, & ea, circa hoc ſeruari debent, ideo pluribus non inſiſtam.

6 Quis vero modus in procedendo, facto ſequeſtro, ſeruari debeat, nota. & bene Ferrar. in pract. Pap. in form. ſequeſt. in d. gloſ. audeat, & præſumat, num. 6. vſque ad fi. & Curt. in d. ſuo trac. de ſequeſt. q. 10. num. 54. qui dicunt quod facto ſequeſtro, iudex debet ſequeſtranti terminum aſſignare, ſi ibi non inueniatur ſtatutum, per quod detur forma, & tempus, vt in dicto termino ab eo aſſignato libellum producere debeat, & de

iure suo docere, & hoc procedit, quando præceptum nulla præcedente lite factum fuit, secus si pendente lite de fructibus factum fuisset, quia tunc libellus non requiritur, sed secundum euentum sententiæ relaxatio rerum sequestratarum fiet, & quod impetrans sequestrum probare teneatur, sicut ante illud tenebatur, quia per sequestrum, quo ad onus probandi, nihil immutatur, tenent Papin. in sua pract. & Curt. locis superius adductis, Barto. & cæteri in l. si oleum, ff. de dolo, & Bald. Salyc. q; in d. l. vnica, C. de prohib. sequest. pecu.

7 Et scias, quod si postea sequestrationem iniuste factam fuisse apparebit, illam impetrans parti læsæ ad damna expensas, & interesse tenebitur, vt in d. l. si oleum, ff. de dolo malo.

8 Sed nunquid forensis, cuius equi, muli, vel aliæ res, seu pecuniæ sequestratæ fuerũt in loco, vbi forum non sortitur, nec ratione domicilij, nec contractus, nec delicti valeat comparere, & instare se ad suum iudicem remitti, si satisdat de iudicio sisti, & de re restituenda, & non barattanda, Curt. in d. suo trac. de sequest. q. 17. num. 62. usque ad num. 65. tenet quod sic, per l. Senatus, ff. de off. præsid. & per d. l. si fideiussor, d. §. fin. dicens quod ita intelligi debent Bal. & cæteri in d. l. fin. C. ubi in rem act. exer. uolentes

tes quod in defectum ſatiſdationis ſequeſtratio fieri poſſit. hoc eſt, quod dicta ſatiſdatio de iudicio ſiſti coram Iudice competenti, & de re reſtituenda, & non baratanda præſtari debeat. Intellige prædicta vera eſſe, niſi ſequeſtratio pro executione alicuius ſententiæ, vel præcepti in iudicatum tranſactæ, & tranſacti fieret, Curt.d.q.17. nu.69. vel niſi per ſtatutum, vel conſuetudinem aliter caueretur, & ſeruaretur circa res forenſium debitorum.

9 Statuta enim, & conſuetudines etiam in foro conſcientię ſeruari debent, vt ait Bal. & eum ſecutus eſt Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionē, C. de iur. & fac. igno. Barb. in rep. c. Raynaldus, de tęſtam. & Pet. Pecch. in ſuo tract. de teſtam. coniug. c. 13. Rub. de ſtat. quod coniux, verſ. contrariam tamen ſententiam, nume. 5. ſimiliter niſi res ſuſpecti, & fugitiui ſequeſtraretur, qui non poteſt opponere incompetentiam Iudicis, teſte Anch. in conſ. 192. Item niſi ratione originis, vel Domicilij, vel contractus forum ſortiatur, regula enim eſt, quod creditor forum rei ſequi teneatur vulg. ll.

10 Quis vero impenſas, ſequeſtrato equo, vel ſequeſtratis alijs rebus, impendere teneatur, dic quod impendere debet, qui ſequeſtrare facit, hoc dicit Paris de Put. in ſuo trac. de ſindic. rub. carcer. & carcer. c. 4.

num.4.argumen.l. si in Asia, §.1.ff.deposi.

11 Sed pone quod actor impetrans sequestrum fieri, esset vir inops, sed tamen probus, & satisdare teneatur, nec satisdare valeat, an iccirco iure suo excludetur, dic quod non, sed illud religioni iudicis relinquendum esse, ita considerat, & tenet Bald. in cap. significauit, cir. med. de testib. per l. creditores, ff. de priuileg. credit. l.3. ff. de cō dit. cau. dat. & l. in omnibus, ff. de iud. vt refert Petr. Pecch. in d. suo tract. de iur. sisten. cap. 11. nu. 3. vers. quid enim si actor, iudex enim, sicut æquum sibi uidebitur, ex arbitrio sibi a lege dato, iubere caueri potest, l. quod si Ephesi, ff. de eo quod cer. loco. Cast. in l. stipulationum, ff. de uerb. obligat. ita etiam cautionem, si ex iusta causa sibi uideatur, omittere, & remittere potest, late Tiraquell. de retractu, §.1. glos. 18. num. 45. & sequen.

12 An uero idem procedat in reo, dic quod non, ut diffuse dicam in reg. sequentibus, & quoniam, ut dixi, in præcedenti reg. argumentum de sequestratione personarum, ad sequestrationem rerum fieri potest, & sustinetur, ideo ulterius non pergam, ne bis idem dicatur.

13. Primo quod ad obtinendam sequestrationem sufficiat aliqualis probatio summaria, per quā Iudex credere possit, quod per

in-

instante, circa suspitionem aduersarij asseritur, & quod ad eam suspitionem probandam non requiratur citatio, limita non procedere, quando non esset dubium in mora, tunc enim creditor liquido probare, & per instrumentum, uel per æquipollens de credito suo docere debet, ad quod faciunt ea, quæ late dixi supra, & Bar. in d. l. litibus, & ibi Dominus Angel. in addit. per text. ibi, C. de agric. & cens. lib. 11. idem tenet Bal. in c. olim, col. 3. ext. de rescript. & in l. consentaneum, uers. quæro una cum Butr. C. quomodo, & quan. Iud. ubi dicit, quod antequã procedatur ad capturam debitum debet esse liquidum, & nedum debet liquido de debito constare, sed etiam ad dictam liquidationem fiendam, citatio partis, contra quã sequestrum conceditur, requiritur, dicit Card. in clem. 1. q. 25. de sequest. possess. & fruct. Imo. & Io. And. in cap. locupletari, de reg. iur. Si enim cognitio causæ requiritur, ut dixi, & probatur in d. l. si fideiussor, d. §. fin. ibi si hoc iudici sederit, & tenet Bald. in d. l. unica, ergo requiritur citatio, l. in causæ, §. causa cognita, ff. de minor. l. 3. §. causa cognita, ff. de bon. posses. arg. l. de unoquoque, ff. de re iudic. & idem tenet Dominus Angel. in d. l. Imperatores, §. fin. ff. de appel. & Bald. in l. 2. C. de seru. fugit. & in l. si quis curialis, ff. de episc. & cler. & in d. l. consen-

taneum,

taneum, quos omnes refert Curt. in d. suo tractat. de sequest. q. 7. num. 40. ratio autem quare non requiratur citatio, est propter periculum moræ, quo periculo cessante, dicta ratio cessare debet, cap. cessante, extr. de appell. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patro. Et quod sequestrum cessante fugę periculo, & dilapidationis, fieri nequeat, nisi per instrumentum de iure agentis, & sequestrũ fieri petentis constet, & nisi citatio interuenerit, tenent Massuer. in addi. ad prac. Pap. in form. sequest. in gl. 1. incipi. sapiens vir, & in addit. incip. latam sententiam, & Alexa. d. consil. 6. & Ias. in d. l. si fideiussor. Sed circa prędicta statuta locorum, in quibus similia sequestra fieri occurrunt, seruantur, similiter citatio requiritur, ubi quis ualet debitum debitoris sui sequestrari facere, ut dicam infra in reg. 19. 2. par. incip. debitum debitoris nostri in prin. ubi omnino in hoc articulo, uide, & dic, ac limita, ut ibi.

14 Secundo, quod iuramentũ ad impetrandum, & fieri faciẽdum sequestrum sufficiat, vt dixi in præsenti reg. num. 11. Limita non procedere, vbi non subest probabilis suspitio fugæ, & periculum non esset in mora, quia tunc debet prius de debito petẽtis per instrumentum, vel testes, vel aliud æquipollens constare, prout concludit Caccialup. in d. suo trac. de debit. suspec. d. q. 6. nu.

12.

12.& 15.quem vide. Sed tunc quando subest suspicio, & periculum in mora, non sufficit solum iuramentum, sed aliquæ causæ, quæ inducant suspicionem, summarie probari debent. Sit igitur cautus Iudex ad interrogandum de causis suspicionis, quæ si legitimæ reperiantur, poterit ad sequestrationem procedere, alias non: hoc dicit Bal. in d. l. apertissimi, C. de iud. & Pet. Pecch. d. c. 11. num. 4. prope finem, vers. sane cum debitor. Et quod solum iuramentum non sufficiat, tenet etiam Cur. d. suo trac. de seques. q. 8. nu. 41. quem in hoc vide, quia accurate scripsit.

15 Tertio, quod causæ de quibus dixi supra num. 3. & 4. reddant quem suspectum ad obtinendam contra eum sequestrationem, Limita non procedere quando dictæ causæ tẽpore contractæ obligationis non fuissent, nam cum à principio approbatæ fuerint, non potest postmodum ex eadem causa reprobare, d. l. si creditores, ff. de priuileg. credit. & l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit. secus si superueniant post obligationem contractam, de quo Ferrar. in practic. Papien. in form. sequest. glos. 1. numero secundo, versicul. præmissa autem iuditia.

16 Quarto quod quis ex non possessione immobilium, reddatur ad obtinendam cõtra

ra eum sequestrationem suspectus. Limita non procedere, si constaret creditorem personam debitoris approbasse, & ita tenet, & concludit Curt. in d. suo tractat. de sequest. d.q.6. vers. secundo incidenter quæro, nume. 35.

17 Quinto quod possidens pauca immobilia sit suspectus. Limita non procedere, quando possideret, vsque ad quantitatem debiti prætensi, & ita videtur tenere glo. in l. sciẽdum, ff. qui satisd. cogan. & Curt. d.q.6. ver. vltimo incidenter quęro, num. 36. quod an sit indistincte verum, dicam infra, vt & dicam non sufficere possidere immobilia æquiualentia, nisi sint talia, quod considerata illarum affectione non cesset suspicio, similiter quando vocatus in iure non ierit, sed fuerit contumax.

18 Sexto quod ille reddatur suspectus, qui per prius bona sua male gessit, per reg. qui semel malus. Limita non procedere, nisi in eodem genere mali, glo. in d.c. semel malus Bart. in l. Cassius, ff. de Senato. & in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, ff. de oper. nou. nuntiat. & in l. si prius, in tertia oppositione, eodem titulo, & Bald. in l. fin. ff. de hæred. institu. Et similiter quando per triennium continuum postea bone contestationis fuisset, quia tunc amplius malus, & suspectus non præsumeretur, ita declarat, &

tenet,

tenet Dominus Ang. in §.hinc nobis, Authen.de monach.& Ale.in d.l.si fideiussor, d.§.fin.

19 Septimo, quod mali mores, quem suspectum faciant. Limita non procedere, nisi sint mali mores ordinati ad fugam, vel bonorum dilapidationem, nam de alijs moribus minime curandum est, secundum Cur. in d.suo trac.de sequest.d.quæs.6.ver.circa prædicta, nu.34. Sed quid si retroacto tempore malorum morum fuisset? dic quod sic, teste Roman. in consil.167. vbi dicit quod talis homo efficitur nouus homo, & noua persona.

20 Octauo, quod statuta seruari debeant etiam in foro conscientię. Limita non procedere si contra priuilegium, seu commodum pię causę emanata fuerint, hoc dicit Anchar.in cap.canonum statuta, de consti. & idem in consil.29.Bal.in consil.195.vol. 2. Dec. in consil.504. & Abb.in consil.22. vol.2. Leges enim, seu statuta laicorum facta super rebus pertinentibus ad pia loca, vel pijs actionibus deputata, non valent, minimeque ligant, nisi auctoritate Ecclesię confirmata fuerint, argumen.cap.Ecclesia Sanctæ Marię, vt lite penden. cap.bonæ quidem, 96. distinctio. Est bene verum, quod statuta laicorum iustam causam habentia, etiam in causa pia, obseruari debēt,

hoc

hoc tenet Cardin. in consil.144. & Dec. in consil.456. Alber.in 2.par, statut, quęstio.2, incip.ex pr ędictis. Nam Ciuitas statuere potest formam a suis subditis in actu facien di, obseruandam, tam ad vtilitatem pię cau sę quam aliorum, vt in cap.1.§.donare, de prohib.serui. & Corn. in consil.64. vol.3. Tiraquell.quoque de legibus connub.circa fin.quęst,17.versi, pro quibus, & pr ędicta procedunt indistincte, quo ad personas laicas, secus quo ad Ecclesiasticas, quas statuta laicorum non ligant, vt communiter tenēt * omnes Doctor.in l.filiusfam.§.diui,ff.delegat.1. & refert Boss.tit.de pęn. nu.45. idem quando essent contra libertatem Ecclesiasticam, tunc enim dicta statuta, & ordinationes laicorum nō tenent, & sunt nullius momenti, obseruarique non debent, per ea quę dicit Iac. a Canib. in suo tractat. de repræsaleis, par.2.

21 Quæ vero statuta contra libertatem Ecclesiasticam dicantur, not.Innocen.in cap, nouerint, de sentent.excommun. qui dicit quod illa statuta sunt contra libertatem Ecclesiæ, quæ sunt contra priuilegia à Deo, vel à Pontificibus, aut Imperatoribus Vniuersali Ecclesię concessa, & quæ sunt multa, vt ibi dicitur, Fulg, vero in authent.cassa, & irrita, C. de Sacrosanct. Eccles. dicit quod nedum statuta, & consuetudines con

tra libertatem Ecclesiasticam dici possunt, quæ contra priuilegia à Deo, Pontificibus, & Imperatoribus concessa sunt, verum etiã si sint contra ius commune, loquens de ipsis Ecclesijs, & earum agentibus, & ministris, quia ius commune est fortius loquens de ipsis Ecclesijs, quàm ius speciale, ita in l. eius militis, §. militem missus, ff. de testamẽ. milit. & l. antiqua, C. de Senat. cõsul. Velle. Tu vero dic nedum statuta laicorum contra libertatem Ecclesiæ dici, quæ sunt contra priuilegia Ecclesiæ expressa in corpore iuris, vel extra, sed etiam illa, per quæ Clerici, & eorum agentes, & ministri timidiores efficiuntur, & laici contra eos audaciores, facit l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non dat. Puta si Potestas secularis statutum faceret, quod occidẽs Clericum in decem libris auri puniretur, & condemnaretur, & inuenirentur alia statuta in corpore statutorum Ciuitatis, per quæ acrius homicidas punirentur, tale enim statutum contra libertatem Ecclesiasticam videretur, cõsiderando potius effectum, quam verba, vt in dict. cap. quanto, de priuileg. cap. fin. de immunit. Eccles. & idem tenet Iac. à Cannib. d. suo tract. de repræsal. dict. part. 2. numero 9. quo loci infert quod verba Ioann. Andr. in dict. cap. fin. de immunit. Eccles. in nouella per statutum laicorum prohibens

immobilia

immobilia extra iurisdictionem statuentium, vel personis sibi non subditis sub poena confiscationis bonorum, & contractus annullationis alienari, non ligat. nec licitum est, inquantum prohibet dicta bona personis Ecclesiasticis vendi, & alienari, quia hoc esset eorum priuilegia à Deo, Pontificibus, & Imperatoribus concessa per indirectum dirimere, iccirco non valet, cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. cum omnes, de constitution. Vide tamen Feder. de Sen. in consil. 178. vbi dicit, quod statutum excludens Ecclesiam in totum non valet, tanquam continens odium irrationabile, sed si statutum augeret partem debitam filijs de iure naturali, vt est Paduæ, quod mulier habens filios, vel filias testari non possit, nisi de quarta parte bonorum suorum, tunc tale statutum valet, quia odium rationabile continebitur, & ista opinio Federic. est ęqua, & rationabilis, pro qua facit l. cum tale, §. mulier, ff. de condi. & demonstrat. l. cum ita, eo. tit. & cap. si. 12. quæstio. 5.

RECV-

REGVLA TERTIA.

1 Equester, seu sequestrarius dicitur ille, apud quem plures eandem rem, de qua controuertitur, deposuerunt, vt l. sequester, ff. de verborum significat. & l. licet, ff. deposi. ex quibus habes, quod sequester fit voluntate duorum, scias tamen duplex esse sequestrum, alterum voluntarium, alterum necessarium, puta quando de mandato Iudicis res aliqua penes aliquem sequestratur, de quo vide Dominus Angel. de Perus. dict. suo tract. de sequest. in princip. qui quidem sequester siue voluntarius, siue necessarius erit rei, sic penes ipsum sequestratæ, custos, teste, Vestr. in sua pract. lib. 7. cap. 2. Rub. de sequest. possess. & fruct. num. 4. Verum operam tantum conferre, non autem impensas erogare tenetur, nam non debet damnum pati, argum. l. vltimæ, ff. de requi. reis, & facit optimus tex. in l. vltima, §. fin. C. de bon. auth. Iud. possess. & tradit Bald. in d. l. oleum, ff. de dolo malo, & in l. 1. ff. vbi pupil. educ. debe. Curt. d. suo tract. de sequest. q. 2. num. 26. & Graua. in addit. ad Vestr. d. c. 2. sub d. num. 4. in litera B, post num. 15.

2 Et debet pro quantitate totius rei sequestratæ esse idoneus, per l. litibus, ff. de agric, & cens. lib. 11. Iac. de Aren. in dict. suo tract. de sequest. num. 17. contra quem actio præscrip. verb. competit, teste Curt. d. suo tract. de sequest. d. quæstio. 2. num. 25. alias si non esset soluendo contra deponentem agitur, d. l. si oleum, §. 1. & ibi Bald. ff. de dolo malo, & Dominus Angel. d. l. vnica, & Curt. d. quæst. 2. num. 25.

3 Et scias, quod officium sequestri est voluntarium, non necessarium, secundum Bart. in dict. l. litibus, per text. in dict. l. fin. ff. de bon. aucto. Iud. possess. quod intellige verum esse in sequestratione voluntaria, secus in necessaria, quoniam Iudex, licet per statutum non caueretur, quod quis cogi posset ad sequestrum recipiendum, ex officio tamen suo ex causa potest quemlibet, quod sibi magis videbitur, ad tale onus suscipiendum compellere, vt quotidie fieri videmus, Bald. in l. 1. ff. vbi pupil. educ. debe. quem refert, & sequitur Curt. d. q. 2. num. 26. sub litera C, num. mihi 14.

4 Nec potest sequester petere, vt sibi stipendium soluatur, nisi sit voluntarius. testibus Domino Angel. Imol. Rom. & cæteris in l. interesse, ff. de acquir. possess. de quo vide Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. nu. 6. multa congruentem, & Graua. in ad-

dit.

dit.ad Vestr.d.c.2.lib.7. in litera D, nu.16.

5 Est bene verum quod si Iudex videret sequestrarium versari in damno, salarium constituere potuerit, teste Curt. d. suo tracta.de sequest.quæstio.24. num.78. allegat Bald.in d.l.si oleum,& Dominus Angel.in d.l.interesse,ff.de acquir.possess. Sequester enim ratione officij sui nullum debet, vt dixi, pati detrimentum, nullamque iacturam d.l.fin. ff. de bon.auctor.Iud.possess. & ibi Doct.& Curt.d.num.78.

6 An vero sequester possit ante tempus officium deponere, & de iure nullo amplius sequester esse, dic quod non, nisi existente iustissima causa, & Iudicis auctoritate præcedente, hoc dicit Iac.de Aren. in dict. suo tract.de sequest. num.4. & Curt.d.suo tract. quæstio.3.num.27. & Maffuer. in addit. ad pract. Papi.in form.sequest. in glos.1.in addit. incip.prohibita,propè fin. allegant l. is apud quem, §.si velit, ff.deposi. & ibi Bart. idem tenet Cardin, in d. Clement. 1. de sequest.possess.& fruct.quæstio.21.& Bald.in dict.l.si oleum,& tunc sequestratio in Æde sacra deponi debet d.l.is apud quem,& Iac. de Aren. dict. num.4. Et quod res penes officium deponi valeat, ac etiam penes Iudicem, tenet glos.in l.Senatusconsultus, versic.deponatur,ff.de offic.præsid.& sequitur Lud.Roman. Alexand. & Raph. in dict.l.si

fideiussor, dict. §. fin. ff. qui satisd. cogan. & Grauat. in addit. ad Vestr. dict. cap. 2. lib. 7. sub litera C, num. 13. & tu ita teneas, licet videretur dicendum, Iudicem, cui data est electio, se ipsum eligere non posse, argum. l. planè, ff. quod cuiusque vniuer. & l. si tibi mandauero, §. si tibi centum, ff. mand. vbi, si dedi tibi centum, vt dares cui velles, non poteris ea pro te retinere, de quo vide etiã Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. nu. 1. & sequen. vbi dicit, quod licet Iudex sequester esse possit, honestius tamen esse, vt talem prouinciam non absumat.

7 Sed nunquid Iudex apud duos sequestrarios sequestrum facere valeat, Ioann. Andr. singulariter in additio. ad Specul. in rub. de sequestr. possess. & fruct. concludit apud vnum tantum sequestrari debere, quem secuti fuere Cardin. in dict. Clement. 1. eodem tit. versic. vigesimo quarto quæro, Vestr. dict. cap. 2. dict. lib. 7. num. 10. & Curt. dict. suo tracta. quæstio. 25. num. 80. quos omnino vide. Est bene verum quod Iudex mortuo primo sequestrario, vel malè se gerente super bonis sequestratis, vel administrare nolente, alterum in locum mortui subrogare poterit, testibus Cardin. dict. Clem. 1. dict. versic. 24. Curt. Vestr. ac Ioann. Andr. locis supra adductis, aliàs sine legitima causa non potest mutari, nisi eius qualitas ratione

tione

tione fidei, vel facultatum in dubium reuocaretur, quia in disputatione eius persona approbata videretur, Ioan. Andr. loco prædicto, & Vestr. loco allegato num. 11. & 12. durante ergo eius officio nemo in administratione rerum sequestratarum se intromittere poterit, Vestr. dict. loco num. 12. & si se in tali administratione quis intromiserit, si erit extraneus pœnam excommunicationis incurrit, si res Ecclesiæ, vel ipsa Ecclesia sequestrata fuerit: & si erit aliquis ex litigatoribus, ius suum amittit, hoc dicit Cardin. dict. Clement. vnica, §. 1. de sequest. possess. & fruct. de quo vide Gomes. in reg. de annua possess. quæstio. 5. versic. & ista omnia, & Cassad. in decis. 5. in prin. tit. de sequest. possess. & fruct.

Et solus tractatus ad faciendum quem cadere a iure suo sufficit, de quo videre poteris Ægid. conclusio. 420. & 428. nec posset sese excusare aliqua ratione, vel causa, quia licet fructus sequestratos vendidisset, non tamen dictos fructus tradidisset, vel quia vendere tractauerit, sed actum venditionis non perfecerit, & sic de singulis, quasi per actum non perfectum pęnam ipso iure non incurrat, per reg. odia, & no. in cap. perpetue, de elect. in 6. Et similiter non excusaretur, si diceret, pretium quod exigisset post sequestrum pro venditione rei ante

sequestratæ, solutum fuisse, quasi hæc prætij solutio esset ad tempus venditionis referenda, per l. suo, ff. de minor. & hoc idem tenet Ægid. d. conclu. 428. & Vest. d. cap. 2. lib. 7. num. 12.

9 An vero sequester cadens a possessione rei sequestratæ, actionem ad eam recuperandam habeat, dic quod sic, per tex. in leg. postquam, §. Imperatores, ff. vt in poss. lega. secundum Iac. de Aren. d. suo tra. de seques. num. 18.

10 Similiter quando ipse in administrationem mali se gessit, tenetur, cum ipse ex quasi contractu obligetur, d. l. si oleum, in princ. vbi Bartol. ff. de dolo malo, & facit text. in l. si hominem, in princip. ff. deposi. & idem tenet Vestr. d. cap. 2. lib. 7. litera H, num. 20 & Massuer. in addit. ad pract. Pap. in form. sequest. glos. 1. in addit. incip. prohibita, in fin. & Graua. in addit. ad Vestr. dict. capit. 2. lib. 7. & Iac. de Aren. d. suo trac. de sequestr. numero 5.

11 Qua autem actione dictus sequester possessorem conuenire possit, vel quia actione possessor conueniatur, dic quod, aut loquimur de sequestrario voluntario, aut necessario. Primo casu, deposita sequestratione, tenetur, per d. l. is apud quem, §. 1. ff. deposi. Secundo vero casu, præscriptis verbis tenetur, l. si rem, §. fina. ff. de præscrip. verb. de

quo

quo vide Iacob.de Aren. dic.suo tractat.de sequest.num.5. & Curt.eodem suo tractat. quæstio.15.num.58. vbi vult, quod etiam teneatur præscriptis verbis, quando est sequester voluntarius, & quod possit necessarijs remedijs, captis pignoribus, & mulcta indicta, ad restitutionem sequestri, vel rei sequestratæ cogi, per §.penult. Institut. de satisdat. & si non sit soluendo tenebitur in subsidium sequestrari facientis, d.l. si o-
* leum, vbi doctor.qui de communi attestantur, ff.de dolo malo, & sic impetrans sequestrum fieri ad interesse parti læsæ tenetur, testibus, Curt.dic.num.58.& Ferrar. in dic. suo tractat.in practi.Papien.in dic.form.sequest.glos.2.num.4. per dic.l.si oleum, & ibi Bald. idem tenent doctor. in dicta leg. interesse.

12 Quando vero sequester rem sequestratam restituere teneatur, dic lite finita, & non ante, nisi per partem steterit, quominus his debitum finem habeat, secundum Bar.in d.l.si oleum, & Curt.d.suo tract.d.q. 15.d.num.58.& pract. Pap.d.form.sequest. glo.2.nu.3.

13 Quo vero loco rem sequestratam exhiberi debeat, dic eo loco, quo actum est, nisi de pluribus locis actum esset, quia tunc arbitrio sequestrarij remittitur, & si de loco nil actum sit, vt sæpe euenit, tunc coram Iudi-

ce exhibenda est, ita notabiliter dicit Iaco. de Aren. in dicto suo tractat. numero quarto, per dic. l. is apud quem, §. 1. ff. deposi.

14 An vero ad mandatum solius iudicis bona sequestrata restituere possit, dic aut de sequestro voluntario loquimur, aut de necessario, Primo casu sequester cautus esse debet, ne rem sequestratam, causa non cognita, reddat, parteque citata, secundo casu eamdem rem ad mandatum solius Iudicis restituere potest, secundum Bald. in d. l. fin. ff. de bon. autho. iud. possess. quem refert, & sequitur Cur. d. suo trac. de seques. quęs. vlt. num. 81.

15 An vero sequester fructus penes eum sequestratos tempore perituros vendere valeat, dic quod sic, autoritate tamen iudicis, & eo mandante, & pecunia in sequestro poni debet, secundum Bartol. in d. l. interesse, ff. de acquir. possess. argum. l. in litibus, ff. de agrico. & cens. lib. 11. & in d. l. si oleum, vbi etiam cæteri doctor. ff. de dolo malo, & facit l. magistratus, ff. de priuileg. credit. & l. is cui, §. legatorum, ff. vt in possess. lega. & l. fin. ff. de requir. reis, & l. fi. ff. de acquiren. hæred. idem tenet Innocen. in cap. fin. extra de sequestr. possess. & fruct. Curt. dic. suo tractat. quęst. 13. num. 77. & Iacob. de Aren. eodem tractat. num. 19. & pract. Papien. in form. sequest. glos. 1. num. 6. & ibi Massuer.

in

n additio. ad dictam pract. Pap. in additio.
ncip. fructus, allegat Alexan. in l. pro hæ-
ede, num. 5. ff. de acquiren. hæred. & Vestr.
n d. pract. Papi. dic. cap. 2. dic. lib. 7. num. 4.
bi affirmatiue dicit vendi posse, & alia fa-
cere, quę diligens paterfamilias in rebus
roprijs faceret, & quicquid supportatis
neribus, sibi supererit, ei qui finalem vi-
toriam reportauerit, restituet, secundum
ext. in dic. clement. vnica, de sequestr. pos-
ff. & fruct. & dicit glos. ibidem in vers. re-
ituat, quod si de fructibus alicuius bene-
cij sequestratis, deductis oneribus, & im-
ensis tantum superesset, vt inde prædia
ro ecclesia comparari possent, non tamen
quester in emptionem prædiorum con-
ertere posset, poterit quoque sequester
rouidere de substituto, qui Ecclesiæ in-
ruiat, & vacante beneficio præsentare, &
mnia alia facere, vt infra dicam in 2. part.
1 1. reg. in fin. vltimæ limitationis, & dicit
ret. in l. Imperatores, §. fin. ff. de appellat.
uem refert, & sequitur, Curt. dic. suo tract.
ic. quæstio. 13. dic. num. 77. dicens quod si
quester non venderet fructus tempore
erituros, & deuastarentur, sibi imputare-
ir, & ad omnia damna teneretur. Quod
amen intellige esse verum, nisi sequestrum
ac lege, & conditione factum fuerit, quod
quester rem penes ipsum sequestratam,
&

& fructus vincenti redderet, tunc enim nihil distrahere, nec vendere debet, neque potest, nec pretium in vtilitatem rei conuertere, vel illud in sequestrum retinere, per text. not. in l. ait prætor, in fin. ibi, siue permissa, ff. de iure deliberan. Et ideo quæcumque in conseruatione rei sequestratę impēderit, sequestranti imputanda sunt, & non sequestrario, teste Curt. dic. suo tractat. post dic. num. 78. versicu. fallit, & dicit Salycet. in dict. l. vnica, quo si sequester non habeat Domum pro conseruanda re penes eum sequestrata, vnam expensis fructuum, vel rerum sequestratarum conducere potest, dict. l. is cui, d. §. qui legatorum, ff. vt in poss. legat. Verum scias quod si dolo, vel culpa, aut ignauia ipsius sequestri, res sequestratæ perierint, licet secundum communem regulam, vnaquæque res suo Domino pereat, l. pignus, C. de pigno. actio. & l. damnum, C. locat. & conduct. omne periculum in eum transit, damnaque resarcire debet, ita quod nisi damni illati refusione, & pręstatione sese extricat, l. contrahet, ff. de regul. iur. Quod adeo est verum, quod etiam morsus nimius ad ipsum pertinet, & periculo ipsius fit, teste Io. Constan. ad Constitut. Regni, artic. 187 versic. adde vnum notabile verbū, quod deffulare dicitur, quod si vestimenta polienda acceperit, & mures roserint,

roserint,ex locato tenetur, quia ab hac re cauere debuit, vt etiam ab omnibus alijs, text. est ad literam in l.item quæritur, §. si fullo,ff.loca.l. 1.§.si rosæ tabulæ, ff.de bon. possess.secun.tabul. ni mirum enim, rosura non est casus fortuitus; teste Paris de Put.in suo tractat.syndic.versic. negligentię,cap. 1. num.18.pro quo faciunt,quę in simili dicit idem Paris in dic.cap.1.nume.17.18. & 19. de officiali qui tenetur ad custodiam pignorum,quę si deteriorantur,damnum resarcire tenetur,& quæ dicit Pet.Pecch. in d.suo tractat.de iur.sisten.cap.30. in simili de apparitore,qui de deterioratione pignorum, & rerum attestatarum obligatur, ac etiam idem dicendum de custode carcerum, qui le omni culpa tenetur,quibus in locis,casu :mergente videre non te pigebit. Si vero aud culpa sua perierit pignus, tunc non)si, sed Domino peribunt, puta si Domus questri, vna cum rebus sequestratis com-ısta fuerit, ita quod sequestranti aduersus questrem non culpabilem nulla actio re-ıneat,d. l.pignus,C.de pignor. & l.pigno §.si.ff.eo.tit.

An vero sequester rem sequestratam pro 'r impensas in rem sequestratam factas inere queat,dic quod sic, per l.in rebus, n.ff.commod.glos.in l.si quis,C.deposi. ıulus, ff.de doli mali, & met. exup. & l. qui

qui exceptionem, ff. de condit. indebi. Vsus enim retentionis in iure frequens, & necessarius est, vt qui in rem alienam quid, bona fide, impenderit, beneficio suo iuuetur, nec decipiatur, l. in commodato, §. sicut, in fi. ff. commod. & cap. vnico, eodem titulo, & facit l. domum, C. de rei vendi. & l. quintus, cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. & est ratio, quia rei incumbere melius est, quam in personam debitoris agere, l. plus cautionis, ff. de regul. iur.

17 Aduertat tamen sequester, ne inutiles sumptus in rem sequestratam impendat, & faciat, sed cum iudicis potestate, & licentia moderetur, teste Rebuf. tom. 3. in suo tract. de sequest. art. 3. glos. 1. ne pecunias alienas diglutire dicatur, quod multi facere solent & delectantur, & ne etiam re vera multa perperam sine discretione exponat, quę debitori, vel creditori nimis graue esset reddere, argumen. l. in fundo, ff. de rei vendi.

18 Sed si pecunias penes eum sequestratas, diglutiat, & consumat, debitor pro quantitate pecuniæ sic consumatæ liberatus est, nota. in l. quæsitum, ff. de distract. pignor. Sed ipse sequester improbus tenetur de suo, teste Io. Constan. ad constitut. Regni, art. 77. in fin. & si soluendo non sit, iudex a quo constitutus est, cautionibus tunc prius excussis, in subsidium tenetur, argumen. l. 1. ff.

de magistr. conuent. & §. penult. institutio. de satisd. Quod tamen verum esse intellige si iudex fuerit, qui sequestrum ex se fecerit: secus si factum fuerit de consensu partium, quia tunc Iudex ad nihilum tenebitur, sed contra deponentem agitur, d. l. si oleum, §. i. ubi late Bald. idem de sequestratione reali, siue iudiciali ad instantiam creditoris.

9 An uero sequester dicatur possidere, dic aut loquimur de sequestro uoluntario, aut necessario. Primo casu possidet, ut per doctor. in d. l. interesse, ff. de acquiren. possess. Gramm. decisio. 61. num. 2. Cassad. decisio. 14. num. 12. super regulis cancellariae, Cassan. in consil. 48. Io. Coras. Misol. lib. 3. cap. 2. num. 3. & Gomez. in regul. de annu. poss. quaestio. 46. uers. adde prope fin. & late dixi supra in prima part. regul. 1. nume. 15. ubi uide.

Postremo quaero, an sequester obligatus soluere puta centum creditori suo ad certum tempus sub certa poena, & cum iuramento, si non soluerit tempore praefixo, ex quo sibi factum fuit sequestrum de non soluendo dictum debitum ad instantiam alius creditoris sui, a poena, & periurio excusetur, dic quod sic, testibus Curt. dict. suo tractat. quaestio. 16. num. 60. & sequen. prac. pien. in form. sequest. glos. 2. uers. audeat, praesumat, num. 2. Ias. in l. si quis maior,

C. de

C.de transact.Oldra.in consil.27.& est tex. cum ibi nota.in l.fina.ff.de lega.commiss.& de hoc est ratio,quia iussus iudicis excusat, & quod verum sit, quod talis iussus excusat, probatur in cap.fin. col.10. de prohib. alien.feud.& in l.Imperator ff ad municip. facit etiam tex. in l nō videtur, §. qui iussu, ff.de reg.iur.l.furti, §.qui iussu, & l.libertorū, §.fi. cum infinitis similibus,ff.de his qui not.infam.& nedū excusatur,quādo sibi fit sequestrum de non soluendo,vt dixi supra.

21 Sed idem est etiam si mandato iudicis alii,quam creditori creditoris sui, vel creditori suo soluerit,de quo bonus text.est in l. Paulo Calimaco,§.fina.ff.de legat.3.& plene traditur per Dyn. & omnes in l. creditor,in prin.ff. de solut.l.in liberto,§.Lucius ff.de annu.leg.& fideicomm. & facitq; notatur per Bart.& Bal. post glos. in l.ait prætor,§.præmittitur,ff.de minor.

22 Intellige tamen hoc verum esse,nisi talis debitor huiusmodi præceptum sibi fieri de retinendo penes se in sequestrum, vel de soluendo alij procurauerit, quia tunc non excusatur, pro quo faciunt ea, quæ tradit Curt.in d.suo trac.q.vlt. num.81.in fin.& num.82. Vbi dat duas cautelas contra debitorem, qui sibi litem moueri procurauerit ad hoc ne soluat,vel tardè soluat,vbi vide, & quæ ponam hic.

Qua-

23 Quarum prima est, quod creditor dicat debitorem suum maliciose sibi litem moueri fecisse: altera vero quod petat debitorem suum compelli ad iurandum, an sibi litem moueri fecerit, quo loci casu emergente te videre haud suadeo, & hæc pro nunc sufficiant, quo ad sequestrarium: quomodo autem tollatur sequestratio in sequenti regula dicam.

REGVLA QVARTA.



Equestrũ regulariter cessat, & ipso iure liberatur superueniente fideiussione, not. Ias. & Alexand. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satis[illegible].cogan. Ioann. Andr. in Rub de sequest. offess. & fruct. Felyn. post Ioann. Andr. in p. examinata, de Iudic. Raph. Cuma. in l. si nstante, in princip. ff. solut. matrimon. ob. in cap. 11. col. 4. versic. sed nunc quæ- , de sequestr. possess. & fruct. Bald. in l. 1. rf. secundo nota, C. de ordin. cogna. idem ld. in l. vnica, vltimo not. C. de prohib. u est. pecu. vbi omnes ferè doct. Bart. in tibus, C. de agric. & cens. lib. 11. text. est . fin. C. de ordi. cogna. l. si pecuniæ, ff. vt

in

in possess.lega.& l.si creditores, ff.de priuileg.credi. quod tenent Curt. in tract. de sequestr. quæstio.14. num.55. Pet. Pecch. in suo tract. de iur. sisten. cap. 31. numero 11. pract.Papi. in form. sequestr. in glos. 1. numero 5.& ibi Massuer.in addit.& in glos.2. in fine,& idem Massuer.in addit.ad Vestri. in sua pract.lib.7.cap.2.num.9. Villalo. inter communes opiniones, versic. sequester præses, Euerar.cons. 102. Iac.de Aren. consil.21. Anchar.in consil.85. Corne.in consil. 136.volum.4.Rebuff.ad dictam regul. 1. artic.6.glos.3.num.55.& Iacob.de Aren.in suo tracta.de sequestr.numero 9. & sequen. quem vide, & distingue, vt ibi per eum. Immo scias sequestrationem bonorum in bonis alicuius, vnquam fieri posse, quando ille, cuius bona veniunt sequestranda, satisdationem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo,& de bonis non dilapidandis, & illis restituendis, vt dixi supra, offerat, Rom. in consil. 312. vbi multa ad hoc facientia congerit, quem refert,& sequitur Marsil.in sua pract.crim.in §.attingam, num.58.

2 Quod quidem satisdationis remedium fuit introductum ad succurrendum ei, contra quem sequestrum relaxatur, non autem vt ei pro quo fit sequestrum succurratur, is enim libellum offerre, & dare debet, & de iure suo docere,& sententiam obtinere, vt

dixi

dixi supra, in regu. 2. & ita tenet Curt. d. suo tractat. quæstio. 13. nume. 54. & Massuer. in dict. addit. ad pract. Pap. in dict. glos. 2. in 1. additio.

3 Nec sufficit simpliciter satisdare de iudicio sisti, sed cautio specifica eē debet, videlicet de re ipsa, vel pari restituenda in casu victoriæ, ad not. per Alexan. & Barto. in d. l. si fideiussor, d. §. fin. idem Bart. & Io. And. in d. l. litibus, Abb. in cap. 2. de sequest. possess. & fruct. Paris. in consil. 107. vol. 1. Massuer. in dic. addit. 1. d. glos. 2. & Pap. in sua pract. in form. sequest. & Curt. in dic. suo tractat. quæst. 19. num. 68. & dicit Alexan. in d. l. si fideiussor, quod nedum fideiubere de iudicio sisti, & de re non baratanda debet, sed etiam de ea restituenda absque aliqua procrastinatione, alias satisdatio non releuaret, hoc tenet Barto. in dic. l. litibus, & ita in practi. fore obseruandum attestantur Rom. & Alexan. in dic. l. si fideiussor, idem tenent Dominus Angel. in additio. ad Ioā. de Platea, in dict. l. litibus, Aret. & Imol. in dic. l. Imperatores, §. fina. ff. de appellat. & Abb. in dic. cap. 2. de sequest. posses. & quod simplex fideiussio non sufficiat, sed tria contin ere debeat, tenet Ias. in dic. l. si fideiussor §. fin. in 5. not. quem, & Alexan. videre non te pigebit, quia multa ad vsum forensem scribunt, limitationesque ponunt.

4 Quanto autem tempore talis satisdatio duret, vide Curt. dic. suo tracta. quæstio. 14. num. 57. & distingue, vt ibi, vide etiam quæ dixi, in 1. regul. num. 18. Et scias quod dicta satisdatio apud magistratum præstari debet, qui an ipsa sit sufficiens, nec ne, arbitrabitur, teste Raph. Cum. in consil. 157. col. 2. versic. cum ergo, qui vero sint idonei fideiussores, dicit Petr. Pecch. dic. suo tractat. de iur. sisten. dic. cap. 31. Scias etiam quod fide iussor poterit repetere illico a debitore quicquid pro eo soluerit, etiam si sequestrum iniquum, & iniustum fuerit, nec ei obijci poterit, quod ea de re aduersarius creditorem sequestrantem non exceperit, teste Petr. Pecch. dict. suo tractat. de iur. sisten. dict. cap. 31. versic. isti vero fideiussores, nume. 7. vbi quoque dicit quod contra fideiussorem executio fieri poterit, & sine nouo processu soluere tenetur, nec ad sententiam citandus erit, quia iudicium cum eo non agitur, licet in consequentiam sententia ei noceat, vide ibi, quia de hoc tractat.

5 An vero iuratoria cautio sufficiat, dic quod non, secundum Spec. in tit. de seques. possess. §. 1. versicu. sed pone, Canonist. in d. cap. 2. eodem titulo, Bald. in l. fin. in 2. & 3. nota. ff. de ordi. cogna, idem Bald. Anto. & Imol. in l. filius familias, §. diui, ff. de legatis primo, vbi per illum text. dicunt, quod vbi-

cum-

cumque consuli potest petitori alio remedio, quam per iuratoriam cautionem non volenti satisdare, nunquam cautioni iuratoriæ deuenitur, nec statur, l. si constante, §. quoties, & ibi Castren. ff. soluto matrimonio, & ita in palatijs semper practicari vidisse testatur Alber. in dic. l. si fideiussor, §. si satisdatum, ff. qui satisd. coga. & hoc idem tenet etiam post multa Ias. in dict. l. si fideiussor, num. 18. Et si vis videre casus, in quibus iuratoria cautio non admittatur, recurre ad eumdem Ias. tum in dic. l. si fideiussor, tum etiam, & latius in dict. l. 1. col. fin. ff. eodem titulo, vbi dicit, quod ad impediendum, vel reuocari faciendum sequestrum, cautionem iuratoriam non sufficere, & in §. is quoque, Institutio. de actio. & huius sententiæ est etiam Curt. dict. quæstio. 14. versicu. circa præmissa, nume. 56. & Mansuer. in additio. ad prac. in dic. form. seques. in glos. 1. sub numero 5. in additio. incip. euitari, necnon Petr. Pecch. dic. suo tractat. dict. cap. 3. numero 4. qui plures allegat videndos.

6 Cessat quoque, & reuocatur sequestrum alio modo, hoc est lite finita, quia in damnum succumbentis relaxamen obtinere debet, dic. l. si oleum, vbi Bartol. ff. de dolo malo. Quando vero lis dicatur finita, vide quę dixi supra in 1. regu. nume. 18. versicu. an ve-

ro sequestrum factum lite pendente,& dic, ac limita,& distingue,vt ibi.

7 Tertio,sequestrum reuocatur, quando actor post sequestrationem factam in mouēdo litem negligens foret, quia tunc infra medium tempus datum a statutis,super hoc disponentibus,reuocatur,vt in d.l.si oleum vbi glo.& doct.& facit glo.in cap.placuit, §.potest,16.quæst.3.vbi licet per interpellationem præscriptio interrumpatur,& a die interruptionis ad quadraginta annos perpetuetur, l.fina. C.de præscriptio.triginta annorum, tamen fallit si actor malitiosè litem prosequi distulerit,vel distulisset,quoniam tunc non interrupitur, nec perpetuatur,quod tene menti,nec obliuiscaris, hæc dicit Curt.d.suo tracta.de sequest. dic.q.14. post num.56.& sequen.versicu.secundo, & alio modo.

8 Quarto,reuocatur sequestrum solutione debiti,pro quo factum fuit, nam solutione eius, quod debetur, obligatio extinguit, §. 1. Institut. quibus mod.toll.oblig. & idem tenet Petr.Pecch.dic.suo tract.d.cap.31. in princip.quod intellige esse verum,si totum debitum integre satisfactum fuerit, alias non, facit text. in l.quandiu, C.de distract. pigno.& l.qui pignori ff.de pigno.Debitor enim non liberatur,nisi soluto vniuerso debito,l.tutor,§.Lucius,ff.de vsur.& l.plane, ff.fa-

ff.famil.ercisc. l.acceptam, C.de vsur. & l. qui Romæ,ff.de verb.oblig.

9 Quinto, sequestrū per dationem pignorum reuocatur,est glo.in l.1.vbi doc. ff.qui satisd.cogan.& glo.in §.suscepto, Authent. de exhib.reis. Si enim per satisdationem sequestrum reuocatur, ita etiam per pignorum dationem. Nam cautio idonea intelligitur cum pignore,vel fideiussore,teste Negus.in suo trac.de pigno.& hypot.in prima parte,primi memo.num.6.per l.si mandato Titii, §.fin. ff.manda. quem omnino vide, quia hic differentiam inter dationem pignoris, & hypotecam habebis. Quæ vero pro pignore dari & cōsignari possint, sunt res,quæ sufficiant ad integram solutionem debiti.

10 Sexto,sequestrum per delegationem voluntate, & expresso consensu creditoris factam,reuocatur,cum per eam vinculum obligationis dissoluatur, argum.l.delegare, & l.si quis,ff.de nouationibus. Secus si debitor aliquid alteri ea lege vendiderit, vt debitum creditori suo solueret,qui (inscio dicto creditore) sequestrum fieri fecit, tunc non reuocatur sequestrum.

11 Septimo, reuocatur sequestrum,si ille cuius res, vel animal sequestratum fuit,pecuniam deponat cum ea conditione si succubuerit,& iuxta petita condemnatus fuerit,

pro quo faciunt, quæ in simili dicit Bartol. in l.1.ff.de custod.reo.per Blan.relatum, in sua prac.crim.versi.3.incip.verum quia nu. 109.& 110.

12 Octauo reuocatur, si debitor cuius pecunia, vel alia res sequestrata fuisset, literas dilatorias haberet, vel quinquennales a Principe, vel Domino illius loci, vbi sequestratio facta fuisset, nam pendente dilatione, nihil est innouandum, teste Petr.Pecch. in dic. suo tractat.de iur.sisten.dic.cap.31.rub. arestum qua ratione relaxetur, nu.9.quod, qualiter, & quando procedat, videatis ibi. Dicit enim quod interim cauere debet de soluendo toto debito finita dilatione, per not.a Guid.Pap.in decisio.109.incip.rescripta. An vero dictæ dilationes a die præsentationis, vel a die earum datæ incipiant, dic a die suæ datæ, & impetrationis dumtaxat, cap.si propter, & cap.cum, de rescrip. & Pet.Pecch.d.suo trac.nu.9.

13 Nono reuocatur sequestrum, quando res priuilegiatorum sequestrarentur, quæ de iure sequestrari minime possunt, & propterea tale sequestrum venit infirmandum & reuocandum, quia sine ratione factum fuit, facit l.cum nulla, ff.de re iudic.l.1. §. hæc uerba, ff.ne uis fiat, & l.cum unus, ff.de bon. auto. Iud. possess. Comparente igitur illo res, cuius sequestrata fuit, uel eius procurator,

curator,& ostendens eius priuilegium, & quod talis res sequestrari non ualeat, & institerit tale sequestrum reuocari: Iudex illud reuocare debet, sicut enim in concedendo sequestrum facilis fuit, ita constito sibi, quod res sequestrari, rationibus superius dictis, non poterant; ad illius reuocationem facilis esse debet, argume.l.1.§.nunciatio,ff.de nou.oper.nuncia. quæ uero res sequestrari nequeant, dicam in sequenti regula.

14 Decimo reuocatur sequestrum, etiam sine alia sententia interlocutoria, quando clarè constat dominum rei sequestratæ debitorem non esse, pro quo faciunt ea, quæ per Marsil. dicuntur in sua pract.crimin.in §.attingam,num.13. per text. in l. 2. in fin. C. de exhib. reis, & per auctoritates Doct. ibi ab eo allegatas, faciunt etiam tradita per Barb.in cap.1.de iudi.

15 Primo, quod sequestrum satisdatione reuocetur, Limita non procedere quando sequestrum pendente appellatione fieret, testibus Curt. in dict. suo tracta.dict.quæstio. 14.num.55. versic.primo vt non procedat, & pract.Papi.in for.sequest.in glos.1. nu.5. in fin.& Ioan.Andr.in addit.ad Spec.tit.de sequestr.possess.& fruct.vers.& nota.

16 Secundo, fallit quando sequestrum pro executione sententiæ fieret, quia tunc per

satisdationem non tollitur, sed bene per integram solutionem, ita dicit, & tenet Alexan. post Castren. in dict. l. si fideiussor, dict. §. fin. text. est apertus, qui à dicto Bartol. & alijs Doct. non est ponderatus, in l. pecunię, §. fin. ff. vt in possess. lega. vt refert Curt. dict. quæstio. 14. dict. num. 55. versic. secundo limita, idem Bartol. in l. consentaneum, colum. penult. C. quomodo, & quando Iud. & l. si is qui bona, in princip. vbi Dominus Angel. & cæteri, ff. de pigno.

17 Tertio fallit, quando sumus inter personas, inter quas non cadit satisdatio, hoc dicit Alexand. in dict. l. si fideiussor, dict. §. fin. & Bald. in dict. l. vnica, vbi Salyc. C. de prohib. sequestr. pecun. per l. fin. C. de ordi. cogna. quos omnes refert Curt. dict. quæst. 14. dict. num. 55.

18 Quarto fallit, quando sequestrum pro euitandis scandalis fieret, tunc enim non reuocatur, quia per satisdationem suspicio scandali non cessaret, arg. §. penult. Instit. de satisd. cap. transmissa extr. de restit. spoliat. Curt. dict. quæst. 14. dict. num. 55. & Alexand. dict. l. si fideiussor, dic. §. fin. quem omnino vide.

19 Quinto fallit, quando lata fuit sententia contra eum contra quem sequestratio facta fuit, tunc sequestrum per præstationem satisdationis non reuocatur, secundum

dum pract. Papi .in for. sequest. in gloss. 1. dict.num.5.vbi allegat multos, & maxime Bart. in l. si dotem, C. quib. ad liber. proclam.non liceat.

20 Sexto fallit,quando sequestratio ex mandato superioris facta esset, secundum Ioan. Andr.in addit.ad Spec.in dict. rubric.de sequest.possess.d.vers. & nota, cum sequen.

21 Septimo fallit in casu dotis, quia tunc per satisdationem non reuocatur sequestrum, secundum Salyc.in d.l. vnica, C. de prohib. sequest. pecun. quem refert, & sequitur Curt.d.suo tract.de sequest. d.quæst. 14.dict.num.55.

22 Octauo fallit, vbi sequestrum metu dilapidationis fieret, l.Imperator, ff.ad senat. Trebell. & Bald. in dict.l. vnica, C. de prohib.sequest.pecun.

23 Nono fallit in casu Clem. 1. de sequest. possess.secundum Curt.dict.quæst.14. dict. num. 55. versic. tertio limita, de quo vide Vestr. in pract. sua ciuili, lib. 7. cap. 2. numero 9. Spec.in rubr. tit. de sequest. possess. num. 5. versic. sed pone, & ibi Ioan. Andr. in addit. Milei.in verb.sequestrum num. 1. & 3. qui omnes tenent, quod licet alias sequestrum per satisdationem reuocetur, tamen reuocari nequeat in casu d. clem. 1. neque in alijs casibus,quibus nedum sequestratio permittitur, verum etiam à lege per-

cipi-

cipitur, nec potest reuocari, etiam si possessor post sententiam sequestrum obtineat, sed finalis caussæ victoria, expectanda est, tex. est, & ibi gloss. d. clem. 1. versic. finalem, estque hoc in tantum verum, vt si Iudex, qui priorem sententiam, contra possessorem latam, infirmauerit, omnino sequestratio reuocanda veniret, teste Spec. dict. num. 5. dict. versic. sed pone lata est sententia.

24 Decimo, quod fideiussio tria, vt dixi supra, num. 3. versic. nec sufficit, continere debeat, limita non procedere hodie quia in dispositione legum sublatæ sunt formulæ. in quibus magis sensum considerari oportet, quam verba l. quoniam indignum, ff. de testibus, & est doctrina Bald. in l. fin. §. omnem, ff. de administr. tut. vbi dicit, sufficere adimpleri per æquipollens, ergo si satisdat de iudicio sisti, & de re non baratanda, sed lite finita restituenda, satis erit, licet non addijciatur formula illorum verborum, sine procrastinatione, & quod ista duo sufficiant, probatur per gloss. in d. l. si fideiussor, dict. §. fin. versic. satisdatio, quæ gloss. magistraliter ponens formam satisdationis, dicit quod duo continere debet, scilicet de iudicio sisti, & de re non baratanda, nec de illis verbis sine vlla procrastinatione mentionem facit, Salyc. in dict.

l. vni-

l. vnica tenet, quod ista duo sufficiant, & Alexand. in dict. l. si fideiussor. dic. §. fin. vbi notando dictam gloss. dicit quod data dicta fideiussione, secundum gloss. ibi de iudicio sisti, & de re non baratanda, incontinenti sequestrum reuocatur, & ita practicari asserit, imo idem Alexand. in Apostil. ad Bart. in d. l. litibus, C. de agric. & cens. lib. 11. dicit satisdationem præstitam, per illa verba secundum formam iuris, & statutorum, valere, quod propterea tenet Cur. dict. suo tract. quæst. 19. versic. ego semper tenui contrarium num. 62. & sequen. pro qua opin. facit hæc ratio per eum adducta, quod licet tutor debeat promittere defensionem pro pupillo specialiter, & sine vlla dilatione suscipere, tamen sufficit si vtilia facere, & inutilia prætermittere, & pupillum indefensum non relinquere, promittat, vt quotidie fit, & in foris practicatur; & istud æquipollens sufficit, vt declarat Alex. in l. Prætor, ff. de nou. oper. nuntiat. & idem melius in consil. 131. incip. ponderatis his, volum. 6. tu vero dic sufficere satisdationem de iudicio sisti, & iudi. soluen. & de eligendo ibi domicilio in loco sequestri, vt practicatur in omnibus fere Ciuitatibus Italiæ, & ita tenet Petr. Pecch. in dic. suo tract. de iur. sisten. dict. cap. 31. nume. 2. qui plures allegat, & congerit, & ita tene.

Vnde.

25 Vndecimo, quod fideiussor valeat id quod soluit, & expendit, repetere, etiam quod indebitum soluerit, vt supra dixi, limita non procedere quando ipsemet fideiussor fuerit in causa, & occasionem arrestationis, & sequestri male & perperam facti, præbuerit, teste Domino Hippol. de Afflict. in decisio. 149. numero 4. versic. tamen fuit dictum, quem refert, & sequitur Petr. Pecch. dict. cap. 31. dict. numero 7. in fin.

26 Duodecimo, quod iuratoria cautio non sufficiat, limita non procedere in casu, l. 1. cum gloss. in verbo, iuratoriæ, C. de asser. tollen. & est ratio secundum modernos, in dict. §. fin. quod ibi est speciale in illo casu, in quo multum exorbitanter sequestratio contra ius commune, non subsistente suspicione, permittebatur, & ita tenet, ac dicit Curt. dict. suo tractat. dict. quæstio. 14. dict. numero 56. versic. circa præmissa.

27 Decimotertio fallit, quando res alicuius personæ Illustris, vel multum egregiæ, cuius iuramento stari possit, fuit sequestrata, teste Petr. Pecch. dict. suo tract. dict. cap. 31. dict. numer. 5. vbi dicit quod Iudex hoc faciens, nulla ratione culpari debet, nec potest de hoc sindicari, allegat Dominũ Angel. in l. nullos, C. de exhib. reis, Doct. in l.

admo-

admonendi,ff.de iureiuran.Alber.in l.1.ff. de custod.reor.Lucas de Penn.in l.quoties, C.de digni.lib.12.Iaſ.in l.ſi pecuniam, §.vltimo,in fin.ff.de condict.ob cauſ. Ioan.Neuiz. in conſil. 51. num. 22. vbi elegantiſſimè, ita Tiraquel.in ſuo tract. de temperan. pœn.cautela.31. & cautela.51. qui licet loquantur quando de carcerando ageretur, tamen eorum dicta habent quoque locum in præſenti caſu, cum argumentum de ſequeſtratione perſonæ ad ſequeſtrationem rerum valeat, vt dixi in 1. reg. per totam, vide etiam Myſen. cent.2. obſeruat.11.vbi referendo Abb.in cap.2. de ſequeſt.poſſeſſ. dicit quod ex gloſ. in cap. ex parte, de verborum ſignification. hoc probatur, & Authent.generaliter,C.de Epiſcop.& Cler. ad omnes caſus,in quibus quis fideiubere tenetur, extenduntur, & vult quod d.gloſ.& & gloſ.in l.1. C.de aſſert. tollen. locum habeant,cum perſona, aduerſus quam factum ſit ſequeſtrum, ſit honeſta, & non ſuſpecta, alias ſecus, & idem refert, & ſequitur Maſſuer.in addit.ad pract.Papi.in form.ſequeſtr.in gloſ.vltima, in addit. incip. fideiuſſorem dederit, circa med. ibi, ſed an tollatur per cautionem iuratoriam.

28 Decimoquarto, quod per dationem pignorum ſequeſtrum reuocetur, limita non procedere, niſi imperio Iudicis loci, qui

Iudex, vel ex eius mandato facta fuit sequestratio, & vbi fideiussores coerceri possunt, debitores enim qui fideiussores extraneos, vel pignora obligare, vel hypothecare velint, audiendi non sunt, argument. dictorum per Ias. in dict. l. si fideiussor, §. si necessaria, numero 8. versic. puto contrarium, & Ioan. Fab. in §. si vero, numero 9. Instit. de satisda. de hoc uide Petr. Pecch. dict. suo tract. de iur. sisten. d. cap. 31. dict. num. 7. versic. illud quoque.

29 Decimoquinto, quod sequestrum per ostensionem literarum reuocetur, limita non procedere, quando de repetenda dote uxoris ageretur, teste Rebuf. in suo trac. de dilat. artic. 2. gloss. unica, tom. 2. relato per Petr. Pecch. d. cap. 31. nu. 9. in prin.

30 Decimosexto fallit, quando fieret sequestrum causa alimentorum, quæ nullam dilationem patitur, l. si lungius, §. fin. ff. de Iudic. Rebuff. & Petr. Pecchi. locis superius adductis.

31 Decimoseptimo fallit, in causa Principis in qua non habet locum aliqua dilatio, nec aliqua excusatio, Rebuff. & Pet. Pecch. dictis locis desuper allegatis.

32 Decimooctauo fallit, pro debito coram Magistratu, vel officiali recognito, & confessato, secundum dicta Rebuff. & Pet. Pecchi. locis supradictis.

33 Deci-

33 Decimonono fallit, quando pro debito contractō post obtētam dilationem sequestrum fieret, & adhuc dicta dilatione pendente, & ratio uidetur, quia dilatio ad futuros creditores extendi minimè potest, secundum Guid.Pap.in decisio.109. incip. rescripta annalia, ubi per text. in l. Aurelius, §. Titius Seio, ff.de liber. lega. qui dicit quod literæ quinquennales ad futuros creditores non extenduntur, quibus in locis in hac materia dilationum, & quinquennalium, uide

34 Vigesimo fallit, quando pro debito iurato sequestrum factum fuisset, pro quo faciunt quæ in simili dicit Dominus Matthæus de Afflict.in decisio quinta, incip. Dominus Rex, quod saluus conductus alicui concessus ad debita iurata non extenditur, ergo idem dicendum venit de dilationibus, cum eadem ratio militet, quod tamen intellige verum esse, nisi de iuramento facta fuerit mentio, ut per plura dixit, & consuluit Alexand. in consilio 38. volum. tertio, quod est repetitum in consil. 137. col. sexta, & consilio 205. col. final. uersicu. dico insuper, uolum.secundo, idem sequitur Iason in leg. quoties, in secundo not. C. de precibus Imperat. offer.

35 Vigesimoprimo fallit, quando seque-

strum

strum super executione sententiæ in parlamento latæ factum fuisset, secundum Guido. Pap. in decisio. 97. incip. de stillo dictæ Curiæ, nisi de mente contraria Principis clarè constaret, l. item si verberatum, ff. de rei uendicat. Princeps enim ex causa Dominium rei nostræ auferre potest, vt dicunt Felyn. & alij, in capitul. Ecclesia, alias, quæ in Ecclesiarum, de constitut.

36 Vigesimo secundo fallit, in decoctis, seu fallitis, qui non gaudent quinquennali, seu annali dilatione a Principe concęssa, teste Boer. in quęstio. 340. numero decimo, & decisio. 349. col. octaua, versicul. nec per consequens, Bald. in consilio secundo, Incip. in quæstione, volum. tertio, & consilio 400. volum. primo, quod, qualiter, & quando procedat, uide quæ dixi supra.

REGVLA QVINTA.

1 
Ppellari potest a sententia super sequestro lata, etiam si sit super possessorio lata, teste Domino Angel. in consil. 107. num. 3. quod refert, & sequitur Masiuer. in addit. ad pract. Papi. in form. sequest. in glos. 1. in addit. incip. prohibita, circa med. & scias sententiam super sequestro esse interlocutoriam, ideo si ab ea appelletur, appellans causas grauaminis exprimere tenetur, cap. cordi, de appellation. & Clemen. appellanti, eodem titulo, de quo vide Dominū Angel. dict. consil. 107. & Cassad. in decisio. 5. tit. de sequestr. possess. & fruct. & Vestri. in suo tract. practicabili, lib. 7. cap. 2. numero 5. in fin. quod limita non procedere quando à sequestro facto propter timorem, & ne partes veniant ad arma, appellaretur, secundum Parid. de Put. in suo tracta. sindic. versic. Iudex vt non arguatur, numero 2. de quo sequestro dicam infra in secunda parte, in regula 23. incip. res litigiosa, vbi omnino vide, dicque vt ibi.

REGVLA SEXTA.

1 
Equestratio pecuniæ generaliter est prohibita, & tam de iure ciuili, quã de iure canonico ante sententiam, scilicet lite pendente, vt in l. vnica, C. de prohib. sequest. pecun. vbi Alexand. Ias. que, & cæteri Doct. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cogan. & cap. 1. extr. de sequestr. possess. & fruct. glos. & Doct. in cap. secundo, versic. faciens sequestrari, eodem titulo, Clement. 1. & ibi Cardin. Florent. eodem titulo, cap. 1. extr. vt lite pendente, & cap. volumus, 15. quæstio. 4. Ioann. Andr. & glos. & cæteri in cap. examinata, extr. de iudic. Hostien. in cap. fin. extra de sequestr. possess. & fruct. Ioann. Andr. in cap. locupletari, de regulis iuris in 6. & latè per Archidiacon. in cap. quia res, 11. quæstio. 1. Vestri. in dict. pract. dict. lib. 7. cap. 2. numero 1. de sequestr. possess. & fruct. Specul. eodem titulo, in princip. pract. Papi. in form. sequestr. glos. 1. numero 1. & ibi Massuer. in additione incip. latam sententiam, & addit. incip. prohibita, sub litera A, & B, Fulgos. in consil. 168.

qui

qui multa de prohib.sequestr.pecun.scribit Coras.Miscel. lib.3. cap.2. Curt. in suo tracta.dict.quæstio. 14.2.notab.numero 6.& Dominus Angel. de Perus. eodem suo tracta.de sequestr. num.2.& 4. & Mandos. in suo tracta.de monitorijs,quæst.8.num.3.

2 Et est ratio, quam ponit text. in dict. l. vnica, quia in primis oportet debitorem conuinci, & sic postea ad solutionem pulsari, ante enim sententiam nimis proprie executio petitur,argumen.l.1.ff.de execut. rei iudic. est & alia ratio, quia nemo lite pendente commodo possessionis priuandus est, not. in l. ordo, & l.1. C. de execut. rei iudic. & cap.1. extr.lit.penden. dict.capit.1. ext.de sequest.possess.& fruct. & cap. volumus, 16.quæstio.4. commoditas enim possessionis est magna, §.commodum, Institut. de interdic. Sed sic est, quod per sequestrationem commodo possessionis priuaretur, quod fieri minimè debet, teste Domino Angel. de Perus. dict. suo tracta. dict.num.2. de quo vide Petr.Pecchi. dict. suo tract.d.c.num.3.& 4.ergo. Tu vero dic esse arbitrarium Iudici,an scilicet, & quando sequestratio fieri possit, & debeat. non enim est in iure expeditum, quod in omni casu sequestratio sit prohibita, quia plures sunt casus, quibus de iure fieri potest, vt scribit & not. Guid. Pap. in consil. 123.

E 2 num.

num. 4 & quæst. 246. incip. Iudex non debet, & ut est uidere apud Specul. Curt. & Dominum Angel. de Perus. pract. Papi. Vestri. & alios Doctor. locis præcitatis, & de quibus dicam in sequentibus regulis Deo Optimo Maximo, ac Gloriosissima Virgine Maria fauentibus.

3 Quid vero veniat appellatione pecunię, tradit Curt. d. suo tract. in primo not. nu. 1. vsque ad num. 6, vbi dicit quod verbum pecunia, tribus modis accipitur, quandoque strictè, interdum largè, & aliquando largissimè: stricte pro pecunia numerata tantum, l. sed Iulianus, §. mutui dationem, ff. ad Maced. largè pro his quæ pondere, numero, & mensura continentur l. 2. §. creditum, ff. si cert. petat. & l. 2. ff. de const. pecun. largissimè pro omnibus rebus, & corporibus l. pecuniæ verbum, ff. de verbor. signif. & hoc idem declarat Bart. in l. talis scriptura, post gloss. ibi. ff. de lega. 1. gloss. & Doct. in d. l. 2. §. creditum, ff. si cert. petat. Et ita hoc vltimo modo intelligitur pecunia d. l. vnica, C. de prohib. sequest. pecun. vt videtur sentire, idem Curt. d. suo tract. in 2. not. num. 6.

4 Primo, quod sequestratio pecuniæ sit prohibita ante sententiam. Limita non procedere quando de iure agentis per instrumentum constaret, l. litibus, C. de agric.

&

& censf.lib. 11. secundum Massuer. in addit. ad pract. Papi. in for. sequest. in gloss. 1. in addit. Incip. latam sententiam, item si constaret per formam manuscripti, tex. est Peregrinus per Bart. in l. per hanc, C. erog. milit. anno. lib. 12. & in d. l. litibus, vbi quoque Lucas de Pen. & Canonistæ, in dict. cap. examinata de iudi. & Abb. in cap. 2. de sequest. possess. & fruct.

5 Secundo fallit, quando suspicio fugæ subest, quo casu sequestratio etiam parte non citata tenet, teste Alexand. in consil. 6. num. 9. & sequen. vol. 4. & idem refert & sequitur Massuer. loco prædicto.

6 Tertio fallit, pendente appellatione, quod qualiter, & quando diffusè dicam in sequenti reg. Incip. appellatione pendente, vbi omnino vide, & dic ac limita, vt ibi.

7 Quarto fallit, quotiescunque in causa principali res immobilis peteretur, & de dilapidatione fructuum dubitaretur, quod, qualiter, & quando dicam infra in reg. octaua, Incip. lite pendente, vbi vide casu emergente, & dic vt ibi, vide etiam Curt. in d. suo tract. post num. 7. versic. secundo fallit, vide etiam pract. Pap. in for. sequest. in gloss. 1. in princ. versic. primus est, & videtur in tex. in l. Imperator, ff. de appell. & in cap. fin. extr. de sequest. possess. & fruct. & Iac. de Aren. in suo tract. num. 3. & Domi-

nus Angel. eod. tract. num. 5. in fin. & num. 7. & Masuer. in addit. supradicta, d. gloss. 1.

8 Quinto fallit, vbicumque subest timor, quod appellans possessor lite pendente fructus in propriam alimoniam, vel suæ familiæ conuertat, de quo vide Curt. d. suo trac. in 2. not. versic. tertio fallit, num. 8. in fin. & num. sequen. & quæ dicam infra in d. reg. octaua. Incip. lite pendente, in princ. limitationis, & dic, vt ibi.

9 Sexto fallit, quando vnaquæque pars de possessione contenderet, & iustè, ne ad arma in colligendis fructibus venirent, timeretur, arg. l. æquissimum, ff. de vsufruc. quia tunc Iudex partibus, vel alteri earum præcipere potest, ne ad locum, super quo fructus venirent colligendi, accedant, quod, qualiter, & quando procedat, vide Curt. dict. suo tract. in 2. not. versic. quarto fallit, post numerũ 11. & sequen. & quæ dicam in d. reg. octaua versic. & similiter quando ageretur, & uersic. poterit bene Iudex, num. 2. & dic, ac distingue ut ibi, quia bene.

10 Septimo fallit, quia licet non possit sequestratio fieri, potest tamen fieri descriptio, quod, qualiter, & quando fieri ualeat, uide Curt. d. suo tract. d. 2. not. uersic. illud tamen sciendum, num. 15. quod tene menti una cum dictis per me, in d. reg. octaua, in limitatione 1. uers. postremo scias usque

ad

ad uersic.|poterit bene Iudex, & dic, ut ibi.

11 Octauo fallit in odium cōtumacis, quia ſequeſtratio permittitur, Bald.in d.l.ſi fideiuſſor, d.§.final.& in l.conſentaneum, in 8. no.in fin.ff.quomodo,& quando Iud.Aret. in d.l.Imperatores,§.fin. ff.de appell. Saly. in d.l.vnica,& eſt tex.not. in cap.ex literis, extra de dolo,& contum.& ibi Bald.& cæteri, quod procedit ſiue parendo, ſiue in ſiſtendo in iudicio,ſit contumax, ſecundum Innocen.in cap.1.de ſequeſt.poſſeſ. & fruc. tractat late Card.Florent.in d.Clem.1. nume.23.quæſt.10.eod.tit.& Curt.d.ſuo tract. in dict.2.not.poſt nume.12. verſicul.quinto fallit.

12 Nono fallit lata ſententia in iudicio vniuerſali,puta aliquem eſſe hæredem,tunc omnes res,de quibus dubitaretur,quod hæreditarię eſſent,ſequeſtrari poſſunt,ita Bal. in l.fin. C.quibus ad liber.proclam. non licet,Curt.d.ſuo tractat.d.nume.12.verſi.ſexto fallit.

13 Decimo fallit, lata ſententia contra aliquem ſi de dilapidatione fructuum timeatur, Iudex tunc in continenti ſequeſtrari facere poteſt, dict.l.Imperatores, d.§.final. Curt.d.ſuo tract.poſt num.13.verſicu.octauo fallit.

14 Vndecimo in cauſa beneficiali, quia in continenti fit ſequeſtratio poſſeſſionis, &

fructuum,Clemen. 1. de sequest.possess. & fruct.Vestr.in d.prac.Pap.d.lib.7.cap.2.eodem titulo,Curt.d.suo tract. post dic.num. 13.d.uersicu.octauo limita, quod,qualiter, & quando procedat,dicit Vestr.& Curt.locis superius allegatis, & late dicam in regul. 1. 2.partis,incip.beneficij possessio,vbi si opus erit, vide, & dic, ac limita,vt ibi.

15 Duodecimo fallit, vbi venditor rem venditam emptori tradere nolit, nisi habeat pretium, & euerso emptor non vult pretium tradere,nisi effectualiter resvendita sibi tradatur,& relaxetur,quia alter de altero non confidit, vel quia sunt aliqui creditores,qui super bonis venditis satisfieri volunt,tunc ad sequestrationem deueniri potest,& deuenitur,per l.si soluturus, §. fin. ff. de solut. Hoc casu quando emptor,& venditor adinuicem non confidunt, fit sequestrum hinc inde momentaneum, d. l. soluturus,de natura tamen contractus est quod prius pretium numeretur, l. 1. ff.de rer.permutat. ita dicit Bald.in d.cap. 1. de sequest. possess.& fruc.& Cur. d.suo trac.d.num. 12. in fin.vers.septimo fallit.

16 Decimotertio fallit, quando ab executione sententiæ appellatio interponeretur quia sequestrum tunc temporis fieri potest, teste prac. Pap. in form.sequest.in glo.1.nu.2 ver.secundo fallit.

17 Deci-

17 Decimoquarto fallit in seruo litigante de eius statu, cuius peculium interim seque stratur, l.1.§.1.C.de asser.tolle. l.fi. C.quibus ad liber.procla.non licet, prac.Pap.in dict. form. seques.d.glos.1.num.2.vers.tertio fallit, Iac.de Aren.in suo trac.de sequest.nu.3. versic.Item si seruus proclamauit in libertatem, & Dominus Ang.de Perus.d.suo tract. nume.8 glos.Incip.facit quatuor casus, vbi dicit, quod quando seruus proclamauit in libertatem, & vertatur in dubium, an bona sint Domini sui, tunc sequestrantur. Idem potest dici de filiofamilias, de Monacho, Feudatario, & similibus, de quorum statu agitur, a paritate rationis, teste prac. Pap.d. nu.2.ver.tertio fallit.

18 Decimoquinto fallit in colono ascriptitio, qui cum Domino suo super fundo litigat, & quia possessiones ab eo conductas deserere vult, fructus earum sequestrantur, vt in d.l.litibus post princ.& prac.Pap.dic. glo.1.d.nu. 3.uersic.quarto fallit, Dominus Ang.in d.suo trac.num.5.uers.tertius casus est, & Iac.de Aren.in suo tract.eod.num.3. uers.item si sit controuersia, ubi dicit per d. l.litibus, quod si colonus noluerit, uel non potuerit præcauere de soluendis fructibus, quod ipsi fructus sequestrantur, idem dicitur a paritate rationis, de colono partiario uel simplici, teste prac. Pap. loco prædicto.

19 Deci-

19 Decimosexto fallit in marito post contractum matrimonium ad inopiam uergente, cuius bona pro dote sequestrantur, l. si cum dotem, §. si uero, ff. solut. matrim. prac. Pap. d. glos. 1. d. nu. 2. & d. uers. quinto fallit, idem tenet Iac. de Aren. in d. suo tract. nu. 3. vbi dicit quod dicta lex si cum dotem, quod si vir vxore furiosa dissipat res dotales, vel ab eo suspicatur dissipari, sequestrantur, vxore vero in suo sensu reuersa, & manente, dotes apud eam darentur, & relaxarent, arg. l. vbi adhuc, C. de iure dot. idem tenet Dominus Angel. in d. suo tract. num. 6. & est ratio secundum eum, vt ex dote sua vxor possit se sustentare, quem omnino vide.
20 Decimoseptimo fallit contra contumacem in cauendo, teste Iac. de Aren. in d. suo tractat. de sequest. d. num. 3. versic. item si sit contumax, per l. 1. §. si frater, ff. de Collat. bono. idem confirmat, & tenet Dominus Angel. in d. suo tract. de sequest. num. 8.
21 Decimooctauo fallit, quando possessor conuentus voluntariè, & contumaciter se absentauit teste pract. Papi. in d. form. sequest. d. gloss. 1. d. num. 2. versic. sexto fallit, per tex. in cap. ex literis de dolo, & contum. de quo vide & Dominum Angel. d. suo tractat. num. 10.
22 Decimonono fallit, quando vxor a viro prouocatur, de cuius sæuitia timetur,
quia

quia vxor in loco vbi maritus nequeat ei vllam inferre violentiam, sequestratur, vt in d. cap. ex literis, & cap. transmissa extr. de restit. spoliat. pract. Papi. d. num. 2. vers. septimo fallit, & Dominus Angel. d. suo tractat. dict. num. 8. vbi dicit illud procedere, quando maritus non potest vxori suæ idoneè cauere.

23 Vigesimo fallit, quando timetur, ne scandala inter partes oriantur, quia tunc Iudex nedum potest mediante sequestro, compescere partem, sed etiam per cautionem teste Domino Angel. d. suo tractat. numero 11. idem tenet Iac. de Aren. eod. suo tract. num. 7. Curt. tract. eodem num. 11. & sequen. versic. quarto fallit, quod qualiter, & quando procedat, vide omnino practic. Papi. in d. form. seques. glo. 1. num. 2. versic. octauo fallit, per totum dictum versic. & ibi Massuer. in addit. sub litera D, in addit. incip. rixam, & Curt. loco prædicto, vbi vide, quia ibi late de hoc loquitur.

24 Vigesimoprimo fallit in carcerato, qui sequestrari, & in carcere recomandari potest, quod, qualiter, & quando procedat, vide tradita per Bartol. in suo tractat. de Carcere.

25 Vigesimosecundo fallit, quando aliquid alicui aufertur, qui sit de familia potestatis super quo mouetur quæstio, & tunc agere non

non potest, & sic ne interim res pereat, fit sequestrum, Dominus Angel. in suo tracta. nume. 5. vers. secundus casus est, per l. Senatus, §. fin. ff. de offic. Præsid. & ibi glos. idem tenet pract. Pap. in d. glos. 1. num. 3. in fin. uers. decimo fallit.

26 Vigesimotertio fallit in bonis condemnati, quæ sequestrari possunt, l. 2. ff. de duobus reis, quoties enim quis aliquod maleficium committit, de iure omnia bona sua annotantur, & postea infra annum, non secuta morte restituuntur, & si bona sint talia, quę seruando seruari minimè possint, illa vendi debent, & pretium deponi, l. is cui, §. qui legatos, ff. vt in possess. lega. hæc dicit Dominus Angel. in dict. suo tractat. numero 12.

27 Vigesimoquarto fallit, contra missum in possessionem alicuius rei ex primo decreto qui fructus suos non facit, si eos conseruat, vt in cap. fin. de sequest. possess. & fruct. & in l. Falcinius, ff. ex quibus cau. in possess. eat. debet ergo illos fructus conseruare, & si conuentus venerit, possessionem, & fructus restituere debet, ideo si missus in possessionem dissipat, medio tempore sequestrantur, cap. dilectus filius, extra de seques. possess. & fruct. Scias tamen casum speciale esse, in quo missus in possessionem lucratur fructus, idest quando petitione hæreditatis

propter

propter legitimam contumaciam conuenti agitur, agens causa rei seruandæ in possessionem mittitur, & fructus lucratur, dict. l. Fulcinius, §. fin. vide Dominũ Ang. in dict. suo trac. nu. 9. & seq. quem in præsenti casu vide, quia hoc articulum discutit.

28 Vigesimoquinto fallit in actione reali, quia instante actore Iudex reo percipere potest, vt saluos faciat fructus, l. diuus, ff. de petit. hæredi. l. fin. §. ex quadrante, ff. de except. secundum Iacob. de Aren. in dict. suo tract. num. 8.

29 Vigesimosexto fallit, quando interdicto vti possidetis agitur, quia si dubitatur ne partes in colligendis fructibus, ad rixam & ad arma veniant, tunc Iudex partibus, vt dixi, pręcipere potest, ne ad locum accedant, & etiam fructus sequestrari, quando sunt naturales, vel ignoratur quis ipsorum seminauerit, vide super hoc Iac. de Aren. in suo trac. nu. 21. & seq. Cur. in trac. eod. in 2. not. vers. quarto fallit, num. 11. & 12. & Ferrar. in prac. Pap. in form. sequest. in glos. 1. vers. octauo fallit, num. 2. & 3. & ibi Curt. in addit. sub litera D, in addit. incip. rixam, Dominus Angel. in d. suo trac. num. 11. vbi dicit, quod nedum per sequestrum, sed etiam per cautionem de non offendendo, Iudex ipsas partes compescere potest, vide etiam quæ habentur ad Capell. Tholos. decis. 477

incip.

incip. item fuit quæsitum aliquis lite pendente, & per Dec. in consil. 366. incip. pro declaratione eorum, in fi. & quæ dicam infra in reg. octaua, incip. lite pendente, in limitatione 3. vers. similiter quando, num. 2. cir. prin. & uers. poterit bene Iudex, d. nu. 2. & dic, ac distingue, vt in prædictis locis, vide etiam Anchar. in consil. 248. incip. ad prædicta dubia per ordinem respondendo nu. 4. & Rom. in consil. 488. incip. hæc sequestratio, in prin. Dec. consil. 366. nu. 13.

30 Vigesimoseptimo fallit, quando res mobilis personæ suspectæ, ita quod sit dubium quod cum ea aufugiat, vel recedat, sequestrari petitur, d. l. si fideiussor, d. §. fin. & ibi glo. & d. l. Senatus, §. fi. ff. de offic. præsid. d. l. litibus, C. de agric. & censi. lib. 11. de quo vide Dominum Ang. in d. suo trac. num. 4. & Iac. de Aren. in suo tracta. num. 3. & 5. & est casus per totum tit. Institu. de satisd. & hæc est propria sequestratio quæ quotidie de rebus, & pecunijs forensium debitorum fit.

31 Vigesimooctauo fallit, quando debitor in instrumento debiti cum creditore pactus fuerit, quod si infra tempus statuti nõ soluerit, ipsius bona capi, sequestrari, & in solutum accipi possint, vigore enim huiusmodi pacti, elapso tempore præfixo, bona dicti debitoris sequestrari poterunt, secundum Ferrar. in d. pract. Papi. in for. sequest.

in gloss. 1. nu. 4. & est ratio secundum eum, quia quod lex per eius prouisionem potest, hoc idem homines per eorum cõuentiones posse dici debet, vt in l. non est impossibile, ff. de pact. & gloss. nota, in l. prima, C. de Thesau. libro decimo, pactum enim, & lex, & statuta ęquiparantur, cap. sacramenta, & cap. Massana, de electio. Sed sic est quod lex in casibus præmissis contra regulam prouidere potuit, ergo sic homo in casu præmisso, & quoniam argumentum de sequestratione rerum, ad sequestrationem personæ valet, testibus Bald. & omnibus Modernis in dict. l. dies festos, C. de feri. & per alias auctoritates superius adductas, pro hac sententia facit, quod homo per conuentionem super detentione eius personæ conuenire potest, & sic se obligare, quod carcerari ualeat, l. ob æs, C. de actio. & obligat. & l. 1. C. qui bon. cede. poss. cum ibi not. ergo multo fortius super sequestratione bonorum, & quod homo tam de iure, quam ex conuentione pro debito ciuili carcerari ualęat, tenet Petr. Pecch. in d. suo tract. de iure sisten. cap. 5. num. 10. post med. uers. huc etiam pertinere puto, quem in hoc articulo omnino uide, ubi alleg. Zasi. lib. 2. singula. intellec. cap. 8. Henuing. in consil. 103. num. 50. l. nam, & Seruius, ff. de nego. gest. l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tut. &

est

est glos. sing. in l. stipulatio, §. sin autem, ubi Doct. ff. de oper. nou. nunciat. quam glos. Alexand. in l. stipulationes non diuiduntur, colum. penult. num. 29. ff. de uerborum obligat. dicit ab omnibus Doct. communiter esse approbatam, idem dicit Bald. in l. nec patronis, in fin. C. de oper. liber. & in cap. ex rescripto, extr. de iureiur. col. 2. uers. quæro utrum teneat, & in dict. l. 1. C. qui bon. cede. poss. & in l. Titio centum, §. Titio centum, ff. de conditio. & demonstrat. ubi non te uidere pigebit, & idem firmatur per l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrimon. Curt. uero in dict. suo tract. quæstio. 22. numero 73. usque ad num. 77. exclusiuè, referens opinionem Ferrar. loco prædicto, in dict. pract. Papi. tenet contrarium, quod scilicet uigore dicti pacti sequestrum fieri nequeat, per ea quæ dixit Dominus Angel. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. ubi dicit pactum quod quis valeat carcerari, non ualere, tum quia nemo est Dominus suorum membrorum, text. est in l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam, tum quia partes non possunt facere, quin ordo iudiciarius, & eius solemnitates seruare debeant, & vt latius ibi per eum, vbi vide, & vide etiam dicta per me in sequentibus regulis circa hãc opinionem contrariam, & etiam uide quæ dicit Matth. Brun. in suo trac. de cessio. bonorum,

norum, q.20.principali, in rub.debitor an renuntiare possit, num.14. vsque ad nume. 19. & de communi testatur Fely. in cap. ex rescripto, col.4. vers.ista etiam faciunt, extra de iure iur.nec est bonum argumentum de pacto ad statutum, quia illud negatiue, & nō affirmatiue procedit, prout declarat Barto.in l.omnes populi, ff.de iur. iur. & Bal.in l.programma. C.commun.epist.programm.& Barto.in d.l.alia, d.§.eleganter, ff.solut.matrimon.& est tex.not. in l.fin.in fin. C.de fideiuss. Tu vero dic primam opinionem valere, quoties ministerio Iudicis sequestratio fiat, sic etiam quis capi potest, quando pactum fuit, quod capi valeat, si ministerio iudicis capiatur, alias non, vt tenet Antonius Gallesf. quæstio.4. & 6. par 2. ad tertiam partem obligationis Cameræ Apostolicæ, vbi multas auctoritates congerit, & maximam auctoritatem Mandos. in suo tract.de monito.quæstio.7. & sequen. & vt latius, & diffusius dicam infra. Quis enim sit suarum rerum moderator, & arbiter, videtur in l. in Re mandata, C.mand. cum vulg.& potest quis renuntiare exceptioni sibi competenti, quod ordine iuris executio fieri debeat, l.si superatus sit debitor, ff.de pigno.& hypo.& tenuit prac. Pap .d.glo.1. d.nume.4. & hæc pro nunc sufficiant, quia multa alia dicam super hac materia.

32 Trigesimonono fallit, quando post litem contestatam aliquid acciderit, quod accessorium esset ad id quod in iudicium deductum esset, argumen. l. ædiles, §. item sciendum, ff. de ædilit. edict. & hoc etiam voluit glo. in l. non potest, ff. de iudicijs.

33 Trigesimo fallit, quando esset defectus non ex parte actoris, vt quia non possidebat, cum tunc prior post litem contestatam possidere incipiebat, & hic veniret in iudicio, & perderet, l. veluti si eam personam, ff. de pet. hære. l. si autem, ff. deposit. & not. in cap. aduersario, de excep.

34 Trigesimo primo fallit, quando superueniret ius ex causa in iudiciũ iam deductum, l. si rem, §. fin. ff. de pign. actio.

35 Trigesimo secundo fallit, quando non expressa aliqua causa generaliter actum fuisset, cum tunc ius superueniens ex quadam æquitate prosit, vt plenius not. in cap. Abbate sane, extra de re iudic. & latissime per Barto. in d. l. non potest, ff. de re iudic. & in l. & an eadem, §. actiones, ff. de except. rei iudic. Si vero ex parte rei ius superueniat, tunc eidem regulariter prodest, vt d. l. si autem, ff. deposi. & d. cap. aduersario, extra de except. adde l. rei iudicatæ, ff. solut. matrimon. cum simil. quod autem non possit, est text. in l. si post, acceptum, ff. de rei vendi. vbi non prodest reo vsucaptio completa

ta

ta pendente iudicio, & ratio est, quia est o-
diosa, vt ibi notatur, de quo plenius in l. 1.
ff. de except. & per Ioan. And. in additio. [ad
Spec. in tit. de cau. posses. §. nunc videndum
ad fin. & quod ibi habetur per Cano. in dic.
cap. si. ext. vt lit. penden. circa quæ vide no
tata in dict. l. non potest, ff. de re iudi. & ibi
per Bald. & doct. in d. cap. Abbate sane, ex-
tra eod. tit. in 6.

36 Trigesimo tertio fallit, contra bona ci-
uis, quæ pro debito, quod habeat cum Ciui-
tate, sequestrari poterunt, vt dicam infra in
2. p. in reg. 4. incip. bona ciuis.

37 Trigesimoquarto fallit contra bona fide
iussioris suspecti, quæ bona sequestrari po-
terunt, vt dicam infra in 2. par. reg. 8. incip.
bona fideiussoris.

38 Trigesimoqninto fallit contra bona hæ-
redis debitoris, vt videre est infra in 2. par.
reg. 9. incip. bona hæredis debitoris.

39 Trigesimosexto fallit, in bonis mobili-
bus personæ suspectæ, vt dicam infra in 2.
par. reg. 11. incip. bona mobilia.

40 Trigesimoseptimo fallit pro represaleis,
de quibus dixi diffuse supra, & dicam infra
in 2. par. reg. 14. incip. bona aliena pro debi
to alieno sequestrari non possunt, vide ibi,
& dic, & limita, vt hic.

41 Trigesimooctauo fallit in carcerato, qui
in carceribus sequestrari valet, sed hoc di-

cam infra in reg. 17. incip. carceratus tam pro debitis, quam reg. videre non te pigebit, quia ad satietatem habebis.

42 Trigesimonono fallit, in debito nostri debitoris, qui recte sequestrari potest, vt dicam infra in 2. par. in regul. 19. incip. debita debitoris nostri, & quæ ibi dicuntur tene menti, quia quotidie occurrit in foris.

43 Quadragesimo fallit in re litigiosa, vt dicam late in 2. par. reg. 27. incip. res litigiosa, hic omnino lege, & per lege quia satisfactus remanebis, & tene, vt ibi.

44 Quadragesimoprimo fallit in re pignori data, quæ absque dubio sequestrari potest, vt videbis infra in 2. par. regul. 29. incip. res pignori data.

45 Quadragesimosecũdo fallit in rebus priuilegiatorum, quæ tamen non sint pro vsu personæ suæ, vt ostendam infra in 2. par. in reg. 30. incip. res priuilegiatorum.

46 Quadragesimotertio fallit, etiam in re, quę sit duntaxat pro parte debitoris nostri, vt dicam infra in 2. par. in regu. 31. incip. res quæ est pro parte.

47 Quadragesimoquarto fallit in rebus clerici, quando tamen ipse carcerari possit, vt videre poteris infra in 2. par. regul. 4. incip. bona ciuis.

48 Quadragesimoquinto fallit in bestijs, & animalibus ad agriculturam deputatis, quan-

quando debitor non habet alia bona super quibus sequestratio fieri possit, vt dicam in sequentibus regulis, & maxime in regul. 16. incip. boues, aut alia animalia ad agriculturam.

49 Quadragesimosexto, & vltimo fallit in instrumentis ad agriculturam deputatis, quando debitor, vt dixi, non habeat alia bona, vnde, & super quibus creditor sequestrum facere possit, & satisfieri, vt dicam in sequenti par. 2. in reg. 24. incip. instrumenta ad agriculturam.

REGVLA SEPTIMA.

1 

Ppellatione pendente sequestratio fieri potest, vt in l. Imperatores, ff. de appellat. secundum practic. Papi. in for. sequest. in glo. 1. num. 3. versic. nouo fallit, quod verum intellige, si est timor dilapidationis fructuum, dict. l. Imperatores, §. fin. & cap. vltimo, extr. de sequestr. possess. & fruct. & ita tenent Masuer. in addit. ad dict. pract. Papi. dict. glos. 1. in addit. incip. prohibita, & Dominus Angel. in suo tract. de sequest. num. 6. & sequen. vbi vide, & not. Spec. in tit. de appellation. §. & nouissimè, in prin-

cip.& habetur in l.ab executore,C.quorum appellat.non recip. & per Dec.in cap.cum teneamur,colum.3.de appell.cum infinitis alijs similibus.

2 Quando vero fructus dilapidari dicantur, dic quando distrahuntur, vel in vsus alicuius personæ conuertuntur, teste Domino Angel.dict.num.7.& 9.per cap.dilectus filius,extr.de sequest.possess.& propri. & quod fructus dilapidari dicantur etiam si in proprios vsus, vel alienos conuertantur, tenent Archidiac. in cap. & quia res, 7.quæst.11. & Dominus Angel.in l.Diuus, ff.de petit.hæred.

3 Sed per quem Iudicem fiat hæc sequestratio, quicquid dicat Bart. in dict. l. Imperatores, dic quod communis conclusio est, quod si petatur, antequam appellatio Iudici ad quem præsentata sit, & per eum recepta, per Iudicem à quo fieri debet, sed si post præsentationem, tunc per Iudicem ad quem fieri debet, ita scribunt Ioann. Andr. & Abb. in cap. fin. in fin.de sequest. possess.& fruct. & Dec. in d. cap.cũ teneamur, col 3. de appell. & Alexand. in addit. ad Bart.in d.l.Imperatores,dict.§.fin.quem refert, & sequitur Maran. in suo Spec.part. 6.tit.de appellat.num.188. versic. nono limita, de quo vide etiam Dominum Angel. in d.suo tract.num.8.vbi dicit, quod quando

do

do ab executione appellatur, tunc sequestratio per Iudicē ad quem fieri debet, vt l. sicut, ff. de appellat. recip. vel non.

4 Primo, quod requiratur ad obtinendam sequestrationem appellatione pendente suspicio. Limita non procedere quando appellaretur ab executione sententiæ in casibus, in quibus ab executione appellari licet, tunc enim sequestratio, etiam nulla subsistente suspicione fugæ, vel dilapidationis, fieri potest, Ita declarant, & optimè Bald. & Rom. in d. l. si fideiussor, d. §. fin & ratio videtur, quia malitiosè appellatum præsumitur, seu causa morandi, vel impediendæ executionis, l. satis apertè, C. de fals. Card. & Imol. in cap. post electionem, de concess. præben. & Dominus Angel. in l. qui condemnare, §. de re iudic. & ibi in §. condemnatum, & istam rationem assignat etiam Abb. in d. cap. 2. col. 2. extr. de sequest. possess. & fruct.

5 Secundo, quod pendente appellatione sequestratio fructuum fieri possit; Limita non procedere, nisi dissipet, fructus publicè depopulando, & versando, aliter quam prudens paterfamilias soleat, quoniam si dictos fructus in suos usus conuerteret, eisdem vtendo duntaxat sicut prius, tunc sequestrari non possunt, & ita intelligi debet d. l. Imperatores, in fin. & glos. in d. l. ab

executione, C. quor. appell. non recip. secundum Io. de Anna. in d. l. Imperatores, Appellanti enim ius suæ possessionis conseruari debet, cap. non solum, de appell. in 6. l. Titia, ff. de solut. Contrarium tamen tenuerunt Dominus Angel. & Moder. in d. l. Imperatores, d. §. fin. Bald. in d. l. si fideiussor, d. §. fin. idem Bald. & Rom. in l. si seruus, §. fin. ff. de acquir. hæred. dicentes paria esse ad concedendum sequestrum, vel quod dilapidet, vel quod consumet in proprios, vel alienos vsus, idem quoque voluerunt Dominus Angel. in d. l. diuus, vbi gloss. per illum tex. ff. de petit. hæred. vbi dixit, quod vbicunque iustus timor subest, quod possessor appellatus, lite pendente, fructus in alimoniam suam, vel suæ familiæ conuertat, sequestrari possunt, & quod dicitur iustus timor dilapidationis ad concedendam sequestrationem subesse, tradit Archid. in dict. cap. quia res, 11. quæst. 1. & Abb. in d. c. 2. & c. fin. vbi communiter cæteri cano. extr. de sequest. possess. & fruct. Tu vero distingue secundum Abb. in d. c. fin. Dominus Angel. in d. l. Imperatores, & Curt. in d. suo tract. de sequest. in 2. not. num. 9. circ. med. Et dic quod aut appellans est alias soluẽdo, aut non. Primo casu fit sequestrũ siue dilapidet, siue nõ, & ita tene mẽti, quod habet locum, nedum in appellatione, sed

etiam

etiam in causa principali, teste Curt. dict. num. 9. in fin.

6 Est bene verum quod tunc nisi habuerit vnde viuat, ille cuius fructus sunt sequestrati, de illis alimentari debet, vt dixi supra, & tex. est not. in l. is cui, §. cui legatorum, ff. vt in posses. lega. quem tex. ponderat Bart ibi, dicens esse singularem, idem tenet Rom. in d. l. si fideiussor, d. §. fin. & in d. l. si seruus, §. fin. & nedum alimenta debentur, sed etiam tot fructus, pro sustentanda lite, arbitrio Iudicis relaxari debent, l. fin. C. de ord. cogna. vbi Saly. in d. l. vnica, C. de prohib. sequest. pec. vbi adducit, vt dixi, simile in Monacho litigante cum Abbate, vel Priore, qui debent expensas litis subministrare, & alimenta à monasterio, ne cogantur litem deserere, habere, & allegat, c. ex parte, extr. de accusa. & ita dicit, & tenet Curt. d. suo trac. in d. 2. not. num. 10.

7 Tertio fallit, quando causa beneficialis in Romana Curia tractaretur, & contra possessorem beneficij prima sententia diffinitiua ferretur, tunc enim, licet regulariter pendente appellatione fructus non sequestrantur, nisi adsit, vt dixi, timor dilapidationis, per dict. l. Imperatores, & per d. cap. vltimum, de sequest. possess. & fruct. possessio beneficij, cum fructuum custodia, apud idoneam personam per loci ordinarium sequestran-

questrantur, teste Cassad. in decisio. 5. nu. 3. tit. de sequest. possess. & fruct. quem refert, & sequitur Massuer. in addit. ad pract. Papi. in for. sequest. in dict. glos. 1, in addit. incip. prohibita, post princip. idem tenet Card. in d. Clem. vnica, de sequest. possess. & fruct. in 9. not. quod, qualiter, & quando dicam latè infra, vbi videatis. Et sic ex præmissis habes tres casus speciales, quibus pendente appellatione, etiam si fructus non dilapidentur, sequestrari possunt. Primo, quando appellaretur ab executione: Secundo, quando appellatus non esset soluendo: & vltimo quando super beneficio esset quæstio: adde tu quartum, quando per appellantem, seu appellatum aliquid pendente appellatione innouaretur: nam contra appellationem, etiam per appellantem, nihil est innouandum, vt bene not. Innocent. in cap. quia propter, de electio. in 6. & vide Dominum Ang. in l. furti, ff. de his, qui notantur infamia.

∴

REGVLA OCTAVA.

1 Ite pendente in causa principali si res immobilis petatur, & de dilapidatione fructuum dubitetur, sequestratio fieri poterit, secundum Abb. in cap. 2. & clarius in cap. fin. extr. de sequestr. possessio. & fruct. subijciens quod vbi insurgit æquitas, vel quasi præsumptio, quæ Iudicem ad concedendum sequestrum mouere debeat, vel quod de consumptione rei, vel fructuum timeatur, vel quod causa differendi iudicij; & interim fructus capiendi litigetur, rem sequestrari facere poterit, quasi sentiat hic, quod sequestratio Iudici sit multum arbitraria, & ita refert Curt. in dict. suo tract. in 2. not. versic. secundo fallit, post num. 7. de sequestro rei immobilis facto lite pendente, vide D. Matth. de Afflict. in decisio. 98. incip. pulchrum est dubium, pro quo faciunt, quæ in simili dicit Petr. Pecch. d. suo tract. de iur. sisten. cap. 4. versic. quinimmo, vbi dicit, quod licet lite pendente nihil sit innouandum, l. 1. ff. nihil innou. appell. pend. l. fin. in fin. ff. ad Turpill. & Spec. in tit. de appellatio. §. nouissime, tamen si pericu-

lum

lum fugæ immineat, vel alias æquum Iudici visum fuerit, vrgebitur arrestans, quia litis contestatio creditori damnum adferre non debet, vulg. regulis, & ll. & remedium extraiudiciale per litis pendentiam ex noua causa non impeditur, Rip. in cap. 1. numero 88. de iudic. Ias. in l. vinum, num. 3. ff. si cert. petat. Deci. in consil. 562. numero 8. Alexand. in consil. 105. incip. Magnificè Prætor, & Clarissimè Vicarie, numero 3. volumine 3.

2 Limita non procedere nisi in causa appellationis, vt dixi in præcedenti regula, vel nisi in causa dotis, vt dicam infra in regu. 20. 2. par. incip. dos licet alias in causa principali, nam sequestratio in causa principali fieri minime potest, etiam quod timor dilapidationis fructuum subsit, quando possessor est soluendo, & ita tenet Saly. in d. l. vnica, quem refert, & sequitur Curt. loco prædicto num. 8. & sequen. in fin. poterit bene Iudex in reali actione instante reo percipere, vt fructus saluos faciet, l. diuus, ff. de peti. hæred. & l. fin. §. ex quadrante, ff. de except. de quo vide Iac. de Aren. dict. suo tract. num. 8. & sequen. Similiter quando ageretur interdicto vti possidetis, tunc Iudex videns, quod quilibet litigantium vult fructus colligere, licet eos sequestrari facere non possit, poterit tamen penes aliquem

probum

probum virum eos deponi facere, teste dic. Iac. de Aren. in dict. suo tract. versic. quæro Canonici Sancti Eusebij, nu. 21. & sequentibus, & hoc ne partes ad rixam, & (vt di-
3 xi) ad arma ueniant, quoniam Iudex pacatam, & quietam debet habere, & manutenere prouinciam, uel Ciuitatem, quam ipse regit, & singulos homines in sua iurisdictione degentes compescere potest, l. congruit, ff. de offic. Præsid. l. si eius, §. si inter duos, ff. de usufruct. & quod fructus deponi debeant, facit tex. in l. fin. ff. de tabul. exhib. ubi dicitur quod si coram aliquo Iudice instrumentum aliquod falsum dicatur, ipse Iudex illud recipere, & custodire debet.

4 Sed quia ratio diuersitatis in hoc assignari potest, ideo instrumentum, de cuius falsitate disputatur, deponitur, ne aliquid falsitatis addatur, uel ne aliquid detrahatur, dic aut tertius seminauit, aut alter ex litigatoribus, aut ambo, aut quis seminauerit ignoratur, uel fructus sunt naturales, primo casu tertius interim omnes fructus habere debet, saluo iure illius, qui dictorum fructuum Dominus apparebit, l. cuiusque §. 1. ff. de usufruct. lega. Secundo casu fructus penes seminatorem, præstita cautione de illis custodiendis, & cui de iure dandis, remanere debent, alijs uero casibus Iudex

debet

debet inuenire bonum, & probum uirum, cui, saluo iure utriusque partis, dictos fructus committat, & uincenti relaxat, d. l. interesse, ff. de acquir. possess. l. in uenditione, §. fin. ff. de bon. aucto. Iud. possess. & l. 1. §. apud Iulianum, ff. deposi. & hanc distinctionem facit Iac de Aren. in d. suo tracta. nu. 23. cum tribus sequen. Postremo scias, quod licet sequestratio, quando reali actione agitur, principali lite pendente, fieri nequeat, nihilominus descriptio fructuum fieri poterit, testibus d. Iac. de Aren. dic. suo tractat. num. 20. & Ferrar. in pract. Papi. in form. sequest. dic. gl. 1. num. 1. uersic. potest tamen, & Curt. d. suo tract. in d. 2. not. uers. illud tamen sciendum, num. 15. & hoc ut quantitas, & qualitas fructuum prædictorum, & sic descriptorum sciatur, & ad faciliorem probationem, secundum Bart. in d. l. facultas, idem Bart. & Salyc. in d. l. unica, & Moder. in d. l. Imperatores, d. §. fin. ff. de appell. & Bald. in d. cap. 1. extr. de sequestr. possess. & fruct. & Ant. in cap. 2. eodem tit. & ne res in sinistrum transeant, pereantq; uix not. in l. procurator, num. 4. C. de eden. & tandem ut super illis Iudex suam diffinitiuam sententiam proferre ualeat, & ne dissipatis fructibus elusoria fieret, ut uoluerunt, & determinant doct. in d. l. facultas, C. de iur. fisci, & Bart. in l. 1. §. eligitur, ff. de uentr.

uentr. in possess. mitten. in l. post contractum, in fin. ff. de donat. & in l. fin. ff. de requi. reis, & Bald. in uulgata, l. si fideiussor. d. §. fin.

5 Ratio diuersitatis est secundum Dominum Angel. & Moder. in d. l. Imperatores, d. §. fin. vt refert Curt. dict. num. 15. quia per simplicem descriptionem absque incorporatione contra omnem malitiam occurritur, nec possessor ex dicta descriptione sua possessione priuatur, quod est notandum.

6 Scias tamen indistincte non procedere, quia in descriptione quæ ad incorporandum fieret, non procedit, sed solum in descriptione ad probandum, secundum Bald. in d. l. vnica, per tex. not. in d. l. 1. §. elegit, ff. de ventr. in possess. mitten. faciunt nota. per Innoc. in cap. fin. extra de hære.

7 Item non habet locum si quis vellet bona mobilia vel supelectilia in capsis describi facere, sed solum si fructus describi faciat, vel petat.

8 Iudex enim debet esse discretus, vt res sine iniuria procedat, cum intersit cuiusque, nec totum patrimonium perdatur, l. 2. ff. de alim. pupil. præst. vbi hæc verba leguntur, ne secreta patrimonij, & suspectum æs alienum pandatur, quod melius est interim tacere, quam cum de modo bonorum quæratur, vltro proferri, & apud acta iusdicentis con-

contra vtilitatem pupillorum signari, & sic ostendit Imperator prædicta fieri debere absq; iniuria, & patrimonij perditione, de quo vide dicta per Cur. in d. suo trac. nume. 15. 16. & 17.

9 Similiter debet considerari, an descriptio sit sine causa, idest non constito de interesse petentis, & tunc sine causæ cognitione fieri non debet: & ratio est, vt dixi, ne secreta patrimonij pandantur, l. 2. C. quan. & quibus quar.

10 Si vero de interesse petentis constiterit, tunc sine causa fieri poterit stante suspicione personæ, in cuius præiudicium descriptio fieri petitur, interesse enim petentis sufficit pro causa, teste Curt. in d. l. procurator, post Barto. in d. l. defensionis facultas, nume. 4. C. de iur. fisci, lib. 10. Bald. in d. l. si fideiussor, d. §. fin. & in d. l. vnica, num. 5. & Alexan. in eadem l. si fideiussor, d. §. fin. nume. 14. Roland. de Inuentario, quæstio. 32. & est text. not. in l. si quis intra, C. de bon. damnat.

11 Poteritque Iudex ingressum ad rem prohibere, de qua re sit controuersia, quando (vt dixi) adest timor, ne partes in colligendis fructibus, vel faciendis alijs actis possessorijs & in similibus necessarijs, ad arma veniant, ex quo vtraque pars possidere prætendit, Barto. in l. si vsusfructus, §. sed si in-

ter

ter duos, ff. de vsufruc. & in l. fin. ff. de edict. Diu. Adr. tollen. Doct. in cap. 2. extra de sequestr. possess. & fruct. Specul. eodem titulo, in principio, versicul. sed numquid. Et Curt. in dict. suo tract. post num. 11. versic. quarto fallit.

12 Est bene verum, quod si iudici constiterit alterum tantum possidere, non solum aduersario mandare debet, ne ad locum accedat, nec possessorem turbet, secundum Bald. in d. l. vnica, vbi concludit prædicto modo prædicta intelligi debere, l. æquissimum, ff. de vsufruc. Imo quando non apparet quis eorum possideat, Iudex summarie se informare debet, & quem ipse possidere inuenerit, tueri, secundum Innocē. in cap. in præsentia, extra de probat. Bald. in l. quidam æstimauerunt, ff. si certum peta. in l. ordinarij, ff. de rei vēd. & in l. si disceptetur, ff. vbi pupill. educ. debe. de quo uide dicta per Specul. in titul. de libell. concep. §. nunc dicendum, uers. 21. & Curt. d. suo tract. nume. 12. uersicu. circa prędictam fallentiam, nec non Massuer. in addit. ad pract. Pap. in for. libell. pro turb. possess. in glo. ad cessandum in secunda additio. incip. uterque, & seque. & ad hoc facit statutum Mutinæ, & multa alia statuta in Italiam uigentia, quod quilibet possessor in possessione manuteneri debeat.

13 Ex quibus habemus, quandoque fieri sequestratio, interdum descriptio, & aliquando etiam inhibitio, quæ sunt tria diuersa, secundum Bald. in d. l. si fideiussor, d. §. fina. ff. qui satisd. cogan. cum similibus alijs.

14 Modusque sequestrandi est triplex, secundum Salyc. in d. l. unica, C. de prohib. sequest. pecun. aliquando enim sequestratur persona, & non res, uidelicet quando iudex partibus, uel earum alteri ne ad locum differentiæ causa rixæ, uel scandali euitandi, accedant, mandat, & præcipit, l. fin. ff. de offic. proconf. Cæsar. & ut dixi supra: aliquando res & non persona sequestratur, exemplum est quando iudex utrique parti, ut cautiones præstent; aliquando res, & persona sequestratur, & ista est propria sequestratio, de qua loquimur, quia res a persona, & persona a re separatur, de hoc uide Salyc. & Cur. in d. l. unica.

15 His igitur generaliter præmissis, modo (ni fallor) dicam ad satietatem, quænam sint res, quæ sequestrari ualeant, & quæ non,

16 Quando autem lis pendere dicatur, & in quibus modis dic in pluribus, & primo per oblationem libelli, iuxt. not. in l. 2. C. vt lit. pende, vbi hæc verba videntur, supplica
17 re causa pẽdente non licet. Secũdo per appellationẽ, vt in to. tit. ff. nil nou. app. pend.

Ter-

18 Tertio per relationem, seu consultationem superiori per iudicem factam l. ex illo tempore, C. de app. vbi Imperator Constantinus dicit, quod pendente appellatione super causa principali non licet alicui partiũ suplicare, & suplicatum non debet admitti.

19 Quarto per iudicis recusationem, l. apertissimi, C. de iudic. cap. inter cætera, & cap. cum speciali sit prouisione prouisum, extra de appellatio.

20 Quinto pro in integro restitutum postulata, vt in l. 1. ff. de in integ. restit. vbi Vulp. dicit, Prætor hominibus vel lapsis vel circumscriptis subuenit siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia in captionem inciderint.

21 Sexto per capturam, & per petitionem, vt quis carceribus mancipetur, secundum Caccialup. in d. suo tracta. de debit. suspect. quæst. 15. nu. 1. & 3.

22 Septimo per sequestrationem bonorum, idem Caccialup. d. q. 15. d. num. 3. de quo vide Ferrer. in d. pract. Pap. in for. respons. rei conuen. in glo. exceptionem, num. 1. & seq. & Masuer. ibi in addit. incip. litis pendentiæ, & Alex. in consi. 131. volum. 4. & Rom. in cons. 330.

REGVLA PRIMA, Secundæ Partis.

1 BEneficij possessio, eiusque fructus lata sententia diffinitiua contra possessorem ad comprimendum malitias litigantium, apud personam fide, & facultatibusq; idoneam per ordinarium sequestrantur, vigore Constitutionis Viennensis Concilij registratæ, in clemen. vnica, de sequestr. possess. & fruct. de quo vide Cassad. in sua decisio. 5. num. 3. eodem titulo, quod vtique locum habet etiam si a dicta sententia appellaretur, qua non obstante ordinarius a quo fuit appellatum, potest tum possessionem, tum etiam fructus sequestrare, vt tradit Card. in dicta Clemen. vnica, in 9. not. & glos. in d. Clem. in ver. beneficiatus, & Doct. in c. examinata, de iudic. licet alias appellatione pendente, fructus non sequestrantur, nisi timor dilapidationis, vt dixi supra, subsit, d. l. Imperatores, vbi doct. ff. de appellat. & cap. ultimo, extra de sequest. possess. & fruct. uide supra in reg. 8. incip. appellatione pendente, post princ. super quo uide etiam Compila.

uaria.

uaria.commiſ.fol.mihi 18.col.4.& alteram
2 Compil. fol. mihi 21. col.2. & hic eſt caſus ſpecialis, quo inferior poteſt ſe in cauſa ad Romanam Curiam deuoluta intromittere, ut not.gloſ.in d.clem.unica,uerſ.loci ordinarium,idem dicit Dominus Ange. in dic. ſuo tractat.de ſequeſt.in d.2.not.quæſtio.3. num.13.& ſequen.ubi dicit,quod in continenti lata ſententia ſuper beneficio, fit ſequeſtratio poſſeſſionis,& fruct. dicti beneficij,cæterum ab ipſo ordinario dictam ſequeſtrationem fieri poſſe intelligas, antequam appellatio a iudice ad quem recepta fuerit, alias minime, cum ad iudicem tunc prouidere pertinet,ſecundum doct.in dict. cap.fin.de ſequeſtr.poſſeſ.& fruct.& ut dixi ſupra in prima par.reg.7. incip. appellatione pendente, uerſ.ſed per quem iudicem, num.3. ubi omnino in hoc articulo uide. Et quod dicta ſequeſtratio per iudicem ad quem fieri debeat,ſi ordinarius, qui ſententiam tulit,negligens fuerit,neceſſarium reputauerit Innoc.in cap.6.ut in extrauag.d. Innoc. de facultatibus Rotæ, quam bullam Innocentianam uulgo uocant.
3 Verum enimnero quia iſte articulus ſequeſtrationis plerunque in controuerſiam uadit, adeo quod niſi cauſa cognita, & admiſſis quandoque aduocatis ſequeſtratio fieri ſoleat, & cum iſte caſus nonnullas ex-
 ceptiones,

ceptiones, ac limitationes patiatur, mihi di gnum uisum fuit, de hoc infra dicere, & hæc difficultas in auditorio potius discuteretur, quàm apud loci ordinariū, ex quo practica, & usus in Romana Curia inoleuit, ut in eadem citatione, qua possessor rei controuersæ ad sententiam citatur.

4 Addatur quoque hæc clausula, & ad videndum decerni sequestrum, & ad concordandum de sequestratoribus, vel penes quem, vel quos sequestrum fieri debeat, & tunc iudex vna cum sententia, sequestrum ad illosmet in quibus partes concordauerint, decernere solet, & ipsis negligentibus apud aliam personam fide, & facultatibus idoneam: & si is qui sententiam obtinet, sequestrum petere omiserit, poterit nihillominus ab eodem iudice, qui pronuntiauerit, etiam sequenti audientia, vel postmodum apud iudicem ad quem dictum sequestrum fieri petere, in vim eiusdem Extrauag. Innoc. 6. de quo vide Cassad. in dic. sua decisio. 5. nu. 5.

5 Et tunc is qui vsque ad sequestrum possedit, amplius se in fructibus beneficij intromittere, minusque alius quispiam, de quo vide Ægid. conclusio. 429. incip. per prædicationem, eodem titulo, qui multa congerit, & ideo non est prætermittendus, & si se intromiserint, qualiter puniantur, dixi

dixi supra,in 1.par.in regul.3. incip. seque-ster, vers.durante ergo eius officio, & prædicta non solum quando appellatur ab ipsa sententia, procedunt; sed etiam ab omnibus inde secutis, de quo vide Rot. in decisio.2.in nouis, & Cassad.in dic. decisio.5. in princip. Item quando nedum appellatur, sed etiam quando in vno, & eodem tempore de nullitate dicitur, vt est tex.clarus,in d.clemen. vnica, de sequestr.possess. & fruct. Idemque etiam procedit si appellatio non ab ipso possessore, sed a tertio pro suo prętenso interesse emissa fuerit,Rota decis.390.in nouis.

6 Et scias quod ista sequestratio decernitur etiam contra eum, qui sententiam in possessorio obtinuerit, ut exinde in cognitione petitorij contra ipsum sententia feretur, nam sententia possessorij nullam facit pręsumptionem contra obtinentem in petitorio, secundum Card.& alios doct. in d.clem.unica.

7 Et est ratio, quia causa possessionis nihil habet commune cum proprietate, nec de una ad aliam potest inferri,l.naturaliter,§. nihil commune,ff.de acquir.possess.nec obstare uidetur, quod tex.in d.clem. unica loquatur duntaxat de prima sententia,quia si sententia in possessorio præcesserit,nō pōt dici prima,quia prima sententia est in iudi-

cio proprietatis], & propterea dispositio d. Clem. unica, in ea procedit, & ita declaratur tex. in quantum loquitur de prima sententia. Imo procederet quoque ipsa Clem. ubi sententia in altero ex primis iudicijs, utpotè, petitorij, non esset alias prima sententia respectu causæ, dummodo esset prima respectu loci, idest lata in Romana Curia, prima respectu causæ, sed esset secunda, vel tertia confirmatoria aliarum præcedentium extra Romanam Curiam latarum, vt est gloss. in d. clem. vnica, in versic. promulgata, vbi etiam Card. & alij doct.

8 Et nedum decernitur hæc sequestratio contra eum, cuius possessio sententijs re iudicata in possessorio adiuuari posset, sed etiam contra eum, qui triennio pacificè possedisset, si modo simoniacum, vel vllum vitiosum ingressum habuisset, ita vt præscriptione regulæ de triennali iuuari minimè posset. Cassad. in decis. 3. eodem tit. de sequest. posses. & fruct.

9 An vero sequestres interim fructus vendere valeant? dixi latè supra in d. reg. 3. primæ part. incip. sequester, versic. an vero sequester, in qua reg. totam materiam sequestrariorum, seu sequestrum, vbi casu emergente vide, & dic, ac limita, vt ibi.

10 Similiter an sequestrum satisdatione tollatur, dixi supra in prima parte, regula. 4.

Incip.

Incip. sequestrum regulariter cessat, in nona limitatione num. 23. vbi quoque vide, & hæc super prædictis sufficiant.

11 Primo fallit, vbi sententia pro vno esset lata, & alter sequestrationem peteret, quia hæc sequestratio ei denegaretur, clem. enim prædicta de sententia lata pro eo intelligeretur, pro qua sequestrum petitum fuerit, non pro tertio, vt est gloss. in dict. clem. versic. contra possessorem, ibi, idem si ferretur sententia contra possessorem, & idem dicit Miles. in verb. sequestrum, nu. 3.

12 Secundo fallit etiam si sententia pro eo lata fuerit, qui sequestrum petierit, & peteret, sed super possessorio, non tamen de per se intentato, sed simul cum petitorio, postea suspenso, Miles. d. verb. sententia, num. 20. versic. sententia lata in possessorio solo, & est ratio secundum eum, quia similis sententia super possessorio, vna cum petitorio intentato, sed postea d. petitorio suspenso, non reputatur sententia diffinitiua, allegat Ant. in rubr. de re iudi. Cassad. in decis. 2. in finalibus verbis, ibi, secus si possessorium.

13 Tertio fallit, vbi is, qui sententiam obtinuit, & sequestrum petit, aliam sententiam contra se super petitorio deportasset, Card. in d. clem. vnica, quæst. 4. Ioan. And. in addit. ad Spec. super rub. eod. tit. de seques. poss. & fruct. vers. sed propter: & ratio videtur,

tur, quia præsumptio vnius sententię aliam tollit, vt ibi per eum, & decis. Cassad. extenditur etiam, vbi illa prima sententia in rem iudicatam transiuisset, & iste, qui modo obtinuit per viam restitutionis in integrum auditus fuisset, de quo vide Curt. d. suo trac. num. 13. versic. octauo fallit.

14 Quarto fallit, vbi contra eum, qui pacificè triennio possedisset, sententia ferretur, text. est in d. clem. vnica versic. dum tamen triennio. Cassad. in d. decis. 3. in princ. eod. tit. de sequest. possess. & fruct. Dominus Angel. d. suo trac. num. 12. circ. med. & Curt. d. suo tract. in 2. not. num. 13. d. uersic. octauo fallit, nisi simoniam, uel aliud uitiosum ingressum habuisset, ut dixi supra in prima part. reg. 7. Et de hac limitatione. Vestr. in pract. Papi. lib. 7. cap. 2. num. 8. & Cassad. in d. decis. 6. d. num. 9. & 13. super regulis Cancellariæ, ubi disputatur vtrum sequestrum contra eum, qui triennio possederit, decerni debeat, necne, & causam committi obtinuerit, quem uide.

15 Quinto fallit, ubi nullitas ex defectu iurisdictionis proponeretur, hæc enim nullitas', quę iurisdictionem respicit, sequestrationem absque dubio impedit, ut in d. clem. unica gloss. fin. in fin. de sequest. possess. & fruct. quam gloss. ibidem singularem esse dicit, & notandã, quia alibi non inuenitur.

15 Sexto

16 Sexto fallit; quia quod pendente sequestro nullus se intromittere in dicto beneficio, nec in fructibus recolligendis in eo debeat. Limita non procedere, quando ab habente potestatem missus fuerit. Egid. d. conclus. 429. utpote ab ordinario loci ex auctoritate sibi attributa per d. Clem. unica, cum quo licet auditores sacri palatij ex indulto Inno. de quo supra in hoc munere concurrant, cumque in decernendo sequestro præuenerunt, crediderim tamen facultatem ordinarij in alijs, in quibus Auditor nullatenus disposuit, illæsam permanere, & maximè in his, quæ Ecclesiæ seruitium respiciunt, posseque ex sua ordinaria facultate prouidere, & hæc facere debere, quæ ex dispositione d. Clem. videtur potius excitata, imo prorogata, quam de nouo concessa, vt notabiliter tradit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in Rubr. de sequest. posses. & fruct. cir. fin. ibi, est igitur ordinaria prorogata, nedum simpliciter excitata, & nedum ordinarius loci de substituto prouidere, qui Ecclesiæ inseruiat, sed etiam sequestres, qui poterunt etiam omnia alia iura Ecclesiæ sequestratæ exercere.
17 Ita quod si durante sequestro beneficium vacauerit, poterunt eligere, & præsentare quem ad sequestratam Ecclesiam maluerint, de quo vide Rot. in decis. 373. in an-

in antiq. not. gloss. in tit. de electis, & sequest. & gloss. in d. Clem. vnica versic. beneficium, & doct. ibidem, & in d. cap. examinata, vbi omnes de iudi.

REGVLA SECVNDA, Secundæ Partis.

1 Ona contumacis in eius odium, siue sit contumax in parendo, siue in sistendo in iudicio, sequestrari possunt: super hoc vide Curt. d. suo tract. in 2. not. post num. 12. versic. quinto fallit, & Dominum Angel. eodem tract. num. 10. in princ. & pract. Papi. in for. sequestr. d. gl. 1. num. 2. versic. sexto fallit, vide etiam quæ dixi supra in reg. 6. primæ part. incip. Sequestratio pecuniæ, in octaua limit. num. 11. & in limit. 8. num. 21. Item si sit contumax in cauendo de collatione facienda, secundum Iac. de Aren. in suo tract. de sequest. num. 3. & Dominum Ang. eodem tract. num. 8. & vt dixi in d. reg. 6. num. 20.

2 Limita non procedere quãdo agens missus fuisset, in possessionem, & tenutam bonorum contumacis, quod absque dubio fieri potest, teste d. Domino Angel. d. suo tracta.

cta.

cta.num.9.& 10. quo casu non fit sequestratio, nisi missus in possessionem fructus dissiparet. Dominus Angel.d.num.9. per cap. dilectus filius,ext.de sequest.possess.& proprie. & dict.num.10.vbi dicit quod mitius agitur per sequestrationem, quam per missionem in possessionem, de qua tenuta, & missione in possessionem latè dicam,fauente Deo,in quodam meo tracta.de pigno.& hypoth. iam cępto, & quasi perfecto, & in lucem prodituro.

REGVLA TERTIA, Secundæ Partis.

1 BOna condemnati non prohibentur sequestrari,immo possunt, secundum tradita per Dominum Angel.in suo tracta.sequest.dict.num.12.& vt dixi supra, in reg. 6. primæ part. incip. Sequestratio pecuniæ, in limitatione tertia, num.26.vbi omnino uide, quia latè de hoc dictum fuit.

REGVLA QVARTA,
Secundæ Partis.

1 BOna Ciuis pro debito Ciuitatis suæ detineri, sisti, & sequestrari possunt, quando Ciuitas dictum Ciuē, suos, suaque, & suorum bona, in solidum, ut sæpissimè fieri solet, solemniter obligauerit, nedum pro sua rata duntaxat, sed pro vniuerso debito, testibus Iaſ. Rip. & cæteris in l. si se non obtulit procuratur, in princip. ff. de re iudic. & in l. sicut, ff. quod cuiusque vniuer. Si ergo Ciuis capi potest, quanto magis eius bona detineri, sisti, & sequestrari, vide quoque Petr. Pecch. in suo tract. de iure sistendi, cap. 4. num. 13. versic. adde quod Ciuis.

REGVLA QVINTA,
Secundæ Partis.

1 BOna Clerici minimè sequestrari possunt, nisi in casibus, in quibus ipse Clericus carcerari potest, de quibus casibus tractatur per Ioann. Baptistam Caccialup. in tract. de debit.

debit.ſuſpec.num.18.vſque ad num.22, verſic ſexto videndum eſt,& Petr.Pecch.d.ſuo tract.num.11.verſic.Clericos quoque debitores,& Matth.Brun. in ſuo tract.de ceſſio. bono.quæſtio.3.princip.num.10. vſque ad num.18,& quæſtio.11.quart.quæſtio. princip.num.16. quibus in locis habebis, quando Clericus pro debito carcerari queat. An vero pro condemnatione Clerici, fructus præbendæ ſuæ, ſeu beneficii Eccleſiaſtici capi, & ſequeſtrari poſſint? dic quod non, ſi aliud vnde viuat, non habeat, ne contra ordinis dignitatem mendicare, vel nudus incedere cogatur, cap.1. de reſtitut. ſpoliat.in 6.cap.Odoardus, de ſolut. doct. in cap.peruenit,de fideiuſſ.Bart.Alexan.& alij in l.à Diuo Pio, §. in venditione, & l. commodis, ff. de re iudic. Sed alio modo magis conuenienti, Iudex Eccleſiaſticus contra eum procedat ſecundum Rebuff.tom.1.artic.2.gloſ.1, nume. 108. vt refert, & ſequitur Petr. Pecch. in dict. ſuo tractat, dict. cap.quinto numero 6, verſic. eſtimabant plerique.

REGV-

REGVLA SEXTA, Secundæ Partis.

1 BOna Consiliariorum, seu Aduocatorum Principis, sequestrari nequeant, quoniam alibi conueniri non possunt. Rebuff. in commen.concord.rub.de elect.derog. vers. Regium aduocatorum, l. iubemus, C.de aduoc.diuers.Iud.& Guid. Pap. in decis. 424. circa med. & plura de eorum priuilegiis cumulat Boer.in suo tract. de auctor.parlamen.vel magni consil.

2 Idem dic de bonis legatorum Principum argument.l.2.§.legatis, ff.de iudic. vel nisi in actionibus tempore perituris, qui tunc aliquid singularitatis constitui solent, dicta l. secunda, §. sed vtrum. Item nisi ibi alios conueniri valent, quia tunc eodem iure aduersus eosdem vti debent, Doctor. in leg. actor, §. final. ff.de iureiurand. quos pro declaratione prædictorum videatis.

REGV-

REGVLA SEPTIMA, Secundæ Partis.

1 
Ona forensium commean tium ad exercitum seque strari minime possunt, sicut etiam ipsi sisti, detineri, & sequestrari nequeunt, argumen. l. 1. C. de nauicul. libro decimo, l. semper, ff. de iur. immunit. & quod prædicta sint vera, tenet Petr. Pecch. d. suo tractat. de iure sisten. dict. cap. quinto, dict. num. 5.

REGVLA OCTAVA, Secundæ Partis.

1 
Ona fideiussoris suspecti procul dubio sequestrari possunt, quia ipse quoque capi potest: hoc tenet Petr. Pecch. dicto suo tractat. dicto cap. 4. dict. numero 8. quem vide omnino.

2 Idem de bonis illius, qui tamquam principalis alterius obligationi se subscripsit, quia conueniri potest non aliter, ac si prin-

cipaliter scripsisset, l. fideiussor, §.1. ff. de pigno. Zas. in l. si ita, §. Grisogonus, nu. 3. ff. de verb. obliga. cum infinitis similibus casu emergente videndis.

REGVLA NONA, Secundæ Partis.

1 BOna hæredis debitoris bene sequestrari possunt, sicut poterant res, & bona defuncti, nam ad id ad quod defunctus compelli potest, potest & pariter eius hæres astringi, & compelli, Crot. in repet. l. nemo, ff. de legat. 1. l. postulante, ff. ad Senat. Consult. Trebell. Rebuff. in d. repeti. d. l. nemo, num. 74. & Ias. in l. diuortio, §. interdum, num. 6. ff. solut. matrimon. ex persona enim hæredis qualitas, seu natura debiti non alteratur; l. 2. §. ex his, ff. de verborum obligatio.

2 Hæres non est noua persona, sed vna, & eadem cum defuncto, Castre. in l. cum a matre, C. de rei vendi. l. hæredem, ff. de reg. iur. Lofred. in cons. 1. num. 168. & repræsentat personam defuncti, §. 1. auth. de iur. iu. a me præst. cui succedit cum sua causa, & suis vitijs, l. vitia, C. de acquir. possess. ad quod facit statutum Mutinæ disponens, quod hæres

res in possessionem bonorum defuncti continuare intelligatur, adeundoque hæreditatem, & sic cum creditoribus hęreditarijs, quasi contrahendo debitor constituitur, §. hæres, Institut. de oblig. quæ ex quasi contrac. glos. vltima in l. quod ipsis, ff. de regul. iur. & Cassad. ad Constitut. Burgun. titul. de cens. §. 6.

3 Quinimo etiã si hęres est minor vigintiquinque annis, eius bona sequestrari valēt & ratio videtur, quia mortuo testatore executio in hæredem fieri potest, & si est minor, nec possit dicta executio in personam fieri, potest tamen fieri in bonis, quæ ad ipsum hæredem a defuncto peruenerunt, l. pupillus, cum glos. §. sed etsi creditor, ff. de auto. & consen. tut. & cur. & l. 1. C. quan. decret. opus non est, & quod amplius est arbitratur Ias. in cons. 88. vol. 3. nec fiscum quidem, nec eum qui a fisco causam successionis habet, immunem esse. Nec refert, si diceretur bona eius hæredis non posse sequestrari, ex quo in instrumento, vel chirographo obligationis non inuenitur nominatus, nec obligatus, & ideo illud non posse, neque debere hæredi nocere, quia nominato debitore eius hæres quoque nominatus censetur, Dominus Angel. in l. creditores, C. de pigno. & Alex. in l. in ratione, ff. ad l. Falcid. Castren. in d. l. postulante, ff. ad Se-

nat. Consul. Trebell. respondit, quod etiam si statutum dicat instrumentum executioni mandandum esse, vt in tota fere Italia tale statutum inuenitur, contra debitorem in ipso instrumento comprehensum, licet alias statuta de persona ad personam non extendantur, vt in l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrimon. huiusmodi statuti dispositio intelligitur personam, quæ vere non est, nec reputatur eadem, repellere, secus si eadem reputetur, vt in præsenti nostro casu, authen. de iur. cur. a morien. præsti. quo casu vere nulla extensio, sed potius inclusio, & interpretatio fieri dicitur, l. non erit, §. de ea, ff. de iur. cur.

4 Et quod quando debitor in instrumento obligatus est, obligatio suorum hęredum etiam virtualiter contineatur, est optimus text. & argumentatio. in l. 1. C. si cert. pet. & in l. si pactum factum sit, ff. de probat. & nedum eius bona sequestrari possunt, sed etiã ipse hæres carceribus mancipari poterit, sicut principalis defunctus potuisset, ita eleganter voluerunt Bar. & Dominus Ang. in l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. Bal. in l. per diuersas, C. manda. Castre. in l. si decesserit, ff. qui satisd. coga. Rom. in l. alia, §. eleganter, ff. solut. mat. Dominus Ange. & Imo. in l. 1. ff. de his quæ in testam. delen. Limita prædicta non procedere, quãdo ex conuentione

esset

esset successor, tunc enim in debitum hære ditarium non succedit, ex quo non iure hæreditario, sed ex pacto, & conuentione succedit, teste Masuer. in prac. Pap. in rubr. de execut. §. item quæro, col. 2.

5 Nam quamuis hæreditas pacto minime dari possit, l. stipulatio hoc modo, ff. de ver. obliga. excipiuntur tamen nonnulli casus, vel fauore militum, l. licet, C. de pact. pactū successionis inter priuatos clarum est non valere, sed secus inter milites ad discrimen belli pergentes, quia tale pactum in vim vltimæ voluntatis succedit, & vim habet, vbi doc. & Alex. dicentes hoc dictum alibi non inueniri, vel in gratiam matrimoniorum contrahendorum, Zas. & alii doct. in d. l. stipulatio hoc modo.

6 Scias tamen non procedere, quando huiusce modi pactio in fraudem creditorū tenderet, qui hoc modo facile decipi possent, vide Pet. Pecc. d. suo tra. de iu. sisten. c. 4. nu. 9. ver. secundo attestari vel conueniri successor, ita Cassad. ad cons. Burg. rub. des droict, & appel. des mozies, §. 10. quem in hoc articulo videre non te pigebit.

REGVLA DECIMA, Secundæ Partis.

1 BOna militum, hoc est arma, animalia, aut stipendia, quando se ad bellum præparant, nullatenus se questrari possunt, glos. in l. nepos proculo, & ibi Doc. ff. de verb. signific. l. stipendia, C. de execut. rei iudi. doc. in l. commodis, ff. de re iudic. Ias. in §. Seruiana, Instit. de actio. Petr. Pecch. in d. suo tractat. de iur. sisten. cap. 5. nume. 4. & Rebuff. ad ordi. Reg. tom. 1. artic. 6. glos. 3. num. 68. Hi enim fauorem merentur, quod armis suis rutilantibus] sanguine; Rempublicam defendunt, l. 1. ff. de milit. testa.

2 Milites priuilegium habent, ne alibi quã apud Magistratum Militum conueniri queant, l. magisteria, C. de iurisd. omn. iudi. & ratio est ne ipsi milites a militia in præiudicium Rempublicarum distrahantur, qua de re eis administratio rerum alienarum interdicitur, l. miles, & l. vltim. C. loca. cum infinitis similibus.

3 Et si vis videre quando milites priuilegio militum gaudeant, carcerarique nequeant, vide Ioan. Baptis. Caccialup. in suo tractat. de debit. suspec. quæstio. 5. versicul.

[quinto

quinto quæritur, nume. 12. vſque ad nume. 18. & Matth. Brun. in ſuo tractat. de ceſſio. bono. quæſtio. 14. quæſt. princip. num. 1. vſque ad num. 17.

REGVLA VNDECIMA, Secundæ Partis.

1 BOna mobilia perſonæ ſuſpectæ de barattaria, & exportatione, vtique ſequeſtrari poſſunt, l. ſi fideiuſſor. §. fina. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi Vulp. dicit, quod ſi res mobilis petatur a ſuſpecto, dicta res ſequeſtratur, & in tuto ponitur, quouſque ſatiſdetur, uel lis finem debitum accipiat, facit l. Imperator, ff. ad Treb. vt dixi ſup. in 1. par. in reg. 6. limit. 27. nu. 3.

REGVLA DVODECIMA, Secundæ Partis.

1 BOna ſcolarium ſequeſtrari, ſeu arreſtari minime poſſunt, teſte Petr. Pecch. in d. ſuo trac. de iu. ſiſten. cap. 5. nume. 1. vſque ad num. 4. qui allegat Authent. habita, C. ne filius

lius pro patre, vbi glo. quæ in dicto ver. habita dicit, eos nullus debet offendere, nec pro alio pignorare, imo sequitur, & dicit. qui contrafecerit, punitur, & Rebuff. ad d. ordin. Regni, tom. 1. art. 6. glo. 3. num. 68. & in tract. de priuileg. scol. cap. 83. & Ioan. de Plat. in l. colonos, C. de agric. & cens. lib. 11 quod procedit etiam si iurassent non decedere, nisi prius soluto ære alieno, Alexa. & Rom. in d. l. fi. ff. qui satisd. cog. & prædicta procedunt nedum pro debito, verumetiam pro repræsaleis.

2 Quomodo autem probetur, quod bona sint scolarium, dic sufficere, quod nuntij, vel nautæ, seu aurigę literas testimoniales scolaris studiosi habeant & ostendant, tunc enim ad aperturam rerum vlterius compellendi non sunt, sed in omnem euentum eorum iuramento standum est, ad quod facit glos. in Clement. fin. de censi. Alexan. Ias. & alij in leg. cętera, §. sed si quis, ff. de legat. 1. Rebuff. d. suo tracta. de priuile. scola. priuilegio 147.

REGVLA DECIMATERTIA, *Secundæ Partis*.

1 BOna vxoris pro debito mariti nequaquã ſequeſtrari valent, teſte Rebuff. ad. d. ordi. Reg. tom. 1. artic. 6. gloſ. 3. num. 51. quem refert, & ſequitur Petr. Pecch. in dict. ſuo tract. de iur. ſiſten. cap. 5. num. 13. niſi in ſe debitum illud tranſtuliſſet, vt in toto titulo, C. ne vxor pro mari. & Cod. ne fil. pro pat. in quibus titulis clare colligitur vxorem non teneri pro viro ſuo, ad quod etiam prouidetur per ſtatuta vbique vigentia.

2 Sed an bona præſumantur mariti, etiam ſi vxor claues ſcriniorum, vel capſarum penes ſe retineat, vide Bertrand. in conſil. 54. volum. 1. & dicam infra, in reg. 32. incip. res quæ non eſt debitoris, vbi ſuper hoc vide, & conſidera, quia ſæpenumero in foris occurrit de hoc diſputare, & vide etiam infra in reg. 31. incip. res quæ eſt ſolum pro part. debitoris, in fin.

REGV-

REGVLA DECIMAQVARTA, Secundæ Partis.

1 BOna aliena pro debito alieno minimè sequestrari possunt, argum. eorum, quæ dixi infra, in d. reg. 32. & ita indistinctè tene, præterquam in occasione repręsalearum, Tunc si quis iniustitiam in alio dominio passus fuerit, licitè à suo Principe repræsaleas contra quoscunque, & eorum res, illius dominij, in quo iniustitia sibi facta fuit pro suo credito, & pro expensis factis, & faciendis obtinere poterit, & si res aliquæ in territorio repræsaleas concedentis, inuentæ fuerint, sequestrari poterunt, & de iure impetranti de iniustitia sibi facta cognosci, quo probato sequestrum sibi relaxetur, & sicut vnus pro alio prograuari potest, & detineri, tanto magis & facilius res eorum sequestrari poterunt, nec potest dici quod talis impetrans repræsaleas, cum alterius iactura locupletior fiat, quia ex alieno non locupletatur, sed suum duntaxat consequitur, & ille exactis habet postea remedium contra eum pro quo fuit exactus in patria sua siue iustè, siue iniustè exactus fuerit, vt pulchre not. Bart. & doct. in l. 2. in fin. ff. de

ver-

verbor.obligat.facit l.Senatus, §. culpæ, ff quod met. cau. Quæ sanè repræsaleæ sunt licitæ, & præmissæ de iure diuino, de iure naturali, de iure ciuili, de iure canonico, ac etiam ex consuetudine, vt latè dixit Io. Iaco.à Canib.in suo tract. de repræsal.in 1. part.de iniurijs, & damn.dat.num.14.cum multis sequen. fallit tamen pluribus modis, & maximè infrascriptis, quandoque concedentis, quandoque petentis, quandoque respectu illius contra quem repræsaleę petuntur.

2 Primo fallit, vbi pro dicta iniustitia recursus ad superiorem haberi posset, quod intellige esse verum, quando copia superioris faciliter haberi possit, illa enim difficultas impossibilitati ęquiparatur, l. continuus, §.1.ff.de verbor. obligat.& l. mediteraneum, C.de ann. & tribu. lib. 10. & l. si seruus, ff. de pignor. actio. Item quia paria sunt quod superiorem ex defectu Iudicis, vel ex defectu partis non possit adire, vt in l.1.ff.de diuers.& tempo.pręscript. & ita tenet d. Ioã. Iac.a Canib. in d. suo tract. repręsal.num.21.in prima parte.

3 Secundo fallit, quando dictę repręsaleę per Iudices non habiles concederentur, vel fierent, videlicet non habentes merum & mixtum Imperium, vt sunt Magistratus municipales, vel consules mercatorum, vel alij simi-

similes, qui non habent merum, & mixtum Imperium, vt in l. si quid erit, ff. de offic. proconf.& lega. & l.iubere cauere,ff.de iurisdict.omn.iudic. d.Io.Iac.à Cannib.d. suo tractat.num.22. tunc enim dictę represaleę ab huiuscemodi magistratu cõcessę non tenent,& est ratio solum à non recognoscente superiorem conceduntur, & prędicta rationibus supra adductis.

4 Tertio fallit, vbi debita forma in ipsis repræsaleis concedendis non seruatur, vt dicit d.Ioan.Iaco.à Canib. d. suo tract. post numerũ 22.versic.fallit tertio,quæ quidem forma in duobus consistit, primo, vt magistratus quicquid faciat auctoritate superioris, vel Ciuitatis superiorem non recognoscentis faciat,nisi forte ex forma statuti,vel consuetudinis prædicta sibi facere liceat. Secundo requiritur, quod in concessione reprę͡salearum, iusta, ac legitima causa interueniat,vt in l.cum vero,§.subuentum,ff. de fideicom. liber.l.1. §.hęc verba, ff. ne vis fiat ei,& not.Iac.de Bellouis.in authent. ne fiant pignorationes,in prin. non tamen requiritur libellus,nec cognitio causę, nec in illius porrectione citatio, sicut dicitur, in l.2.§.causa,ff.quis ord.in bon.possess.sente. de quo vide per Io.Iaco.à Canib.d. suo tractat.repręsal.d.num.23.& sequen.

5 Quarto fallit, quando ille, cuius bona

pro

pro repręsaleis, sequestrari petuntur, non esset culpabilis de iniustitia facta petenti repręsaleas, quia innocentibus iura fauent, vt voluit Mars. in suo sing. 59. Incip. Innocentibus, quem vide, & ratio est, quia innocens non debet contra ius, & ęquum vexari, nec facere, cum non peccauerit, aliquam pęnitentiam.

5 Quinto fallit, vbi quis de consilio recesserit, eo quia ipse libere loqui non poterat, & in consilio dicere quod iustitia fieri deberet, tunc enim eius bona pro repręsaleis minimè sequestrari poterunt, & ratio naturalis videtur, eo quia in consilijs omnes debent, & possunt quicquid sentiant dicere.

7 Sexto fallit, quando rem pro repręsaleis personę, quę non esset de consilio sequestrari peteretur, nec in hac iustitia committenda consentire, vel disentire potest: tunc eius bona pro dictis repræsalijs sequestrari non possunt, arg. cap. Romana, §. fin. de sentent. excommun. l. sed si ex dolo, §. 1. ff. de dolo, & idem tenent. Iac. de Bellouis. d. authent. ne fiant pignorationes, in princ. Bald. & Salyc. in authent. omnino, C. de action. & oblig. quod an verum sit, dicam in sequenti limitatione.

8 Septimo fallit, si ille, cuius bona, & res pro repræsaleis sequestrari petuntur, extra terram, & iurisdictionem tempore iniusti-

tię

tiæ fuisset, quoniam tanquam non habens ibi habitationem, citari non poterit, secundum Bald. in d. Auth. omnino, pro quo facit, quod dicitur, ignorantes non teneri, neque obligari, vt in l. fin. ff. de decret. ab ordi. facien. Tu vero dic hāc limitationem vna cum præcedenti non seruari, quæ loquūtur de consuetudine, & quod non procedat, tenet Bart. in suo tract. repræsale. per has rationes. Primo, quia vniuersalis culpa ad omnes transit, qui non possunt ab Vniuersitate, vel eius corpore separari; Secus dicimus in sententia interdicti lata contra omnes, vt vnū, cap. 1. de postlim. & d. cap. Romana, de sentent. excommunic. Secundo, quia sicut homo liber pro iure, quod habet Dominus suus in eo capi potest, vt l. pro hærede, §. si quid, ff. de acquir. hæredit. ita etiam Ciuis, pro iure quod habet in eo Ciuitas sua capi potest, & tanto magis eius bona sequestrari, & detineri possunt, l. de iure, ff. ad municip. Tertio, quia sicut furiosi, & infantes pro collecta obligantur, l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque vniuer. Ita enim inculpabiles, quibus rationibus respondet Bald. & dicit, primam rationem non procedere, quia illud est propter impossibilem separationem culpabilium, de quibus melius infra dicam, & à non culpabilibus, arg. l. fructuarius, §. si in viuarijs, ff. de vsufruc.

Secus

Secus autem vbi decerni possent, vt hic, vbi Magistratus, & Decuriones tantum fuerunt in culpa, facit pulchrè ad hoc l. 1. ff. de Magistr. Ad secundam rationem respondet, quod illud ius quod habet Ciuitas in Ciue, non est in commercio, sic ius quod habet Dominus in seruo, argumen. l. quædam mulier, ff. famil. erciscun. in eo quod ibi dicit de diuisione libertatis. Ad tertiam rationem respondet quod pupilli, & furiosi obligantur complexiuè, vt ibi, sed particulariter obligari non possunt, neque aliquam sententiam, vel missionem pati, vt l. neque, ff. de in ius voca. ideo super hoc maturè cogita.

Ego autem sum huius sententiæ, quod istæ duæ limitationes non procedant, & dicat quicquid vult d.Bald. pace tamen tāti viri, & hoc rationibus iam deductis, & in sequentibus reg. deducendis, & tanto magis, quia in Patria sua ab eo repetere poterit, qui talis iniustitiæ fuit in causa, quicquid pro eo siue iustè, siue iniustè soluerit, vt latè dixi supra, vbi vide, dic, ac distingue, vt ibi, quia bene.

Octauo fallit, vbi illi, quorum bona pro repræsaleis sequestrata essent, vel ipsi qui capti essent, non essent Ciues naturales illius Ciuitatis, quæ iniustitiam fecit, sed essent de Comitatu, secundum Ioan. Iacob. à

Canib.

Canib. in d. suo tract. de repræsal. in 1. part. num. 27. versic. fallit quinto, & ita tenent Bald. & Ruyn. & alij, in d. Authent. omnino, de actio. & oblig. cui opinioni obijcio, & dico, quod suburbani repræsaleas petere, & obtinere possunt: Si igitur ipsis suburbanis, vt dixi, repræsaleæ à sua Ciuitate conceduntur, contra eos quoque pro Ciuitate concedi debent, & optima ratio mihi videtur, quia extranei minimè dici possent, nec debent, nec pro Ciuitate tenentur, quia homo principaliter nascitur Ciuitati; secundario Prouinciæ, sicut & à simili quis nascitur patri, & postea Auo, vt l. postliminij, §. 1. ff. de captio, & l. assumptio, ff. ad municip. & prædicta procedunt nedum quando est suburbanus, & Comitatinus d. Ciuitatis, sed etiam si esset alterius Ciuitatis redactæ ad Præsidatum d. Ciuitatis, sub quo prius non fuerat, argum. glos. in l. fin. C. de præscript. long. tempo. nec refert quod aliam Ciuitatem incolat, dummodo deseruiat, & sit sub eodem Presidatu, l. in adoptiuis, & ibi glos. C. de adopt. & hęc indistinctè procedunt, quando nomen loci est in genere, vel Vniuersitate, sicut cum dico Prouincialis, l. Prouinciales, ff. de verborum significat. limitatio vero tunc fortè procederet, quando nomen loci esset in specie, & Dominus rerum sequestratarum

non

non esset sub Prꝗside illiusmet Ciuitatis, contemplatione cuius iniustitia facta fuerit, maximè quia sumus in odiosis, & materia odiosa strictè interpretatur, l. fin. C. de his, qui veni. ęta. impetra. & l. ab eo, ff. de tuto. Imo etiam in statutis ista materia odiosa latam interpretationem recipit, vt probatur per l. 1. §. pecuniam, ff. de captio. & l. sed Iulianus, in princ. §. mutui datio, ff. ad Maced. cap. quanto, de priuileg. cap. si Ciuitas, de senten. excommun.

10 Nono fallit, quando tempore iniustitię petens repręsaleas non erat Ciuis, sed postea euadit, repræsalęę enim Ciui, qui ciuis erat tempore iniustitię factę, non postea, conceduntur, vt l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal.

11 Decimo fallit, quando petens repręsaleas esset bannitus, vel rebellis, quia tunc ei non conceduntur, vt dixi supra, & multo fortius, & diffusius dicam in sequentibus reg. vbi videatis, & ibi in 12. fallentia.

12 Vndecimo fallit, vbi Ciuis confęderatus eas peteret, quia nisi tunc sit sub protectione Ciuitatis dictas repręsaleas non conceduntur.

13 Duodecimo fallit, etiam quando ille contra quem d. repręsaleę conceduntur, esset bannitus, seu rebellis à sua Ciuitate, vbi facta fuit talis iniustitia, & ratio est, quia

ipse reputatur hostis, & mortuus, arg. l. tutelas, §. si libertate, ff. de tuto. & l. 1, §. fin. ff. de contra tabul. quod etiam procedit, quan do esset bannitus, cui iura conseruarentur, quia non reputatur de vniuersitate, cum sit bannitus, arg. l. 1. C. de hære. instit. & hoc idem tenet Io. Iaco. à Canib. in d. suo tract. de repræsal. in prima part. num. 28. versic. fallit sexto.

14 Decimotertio fallit in aduentitijs petentibus repræsaleas pro se fieri, cum non sint sub protectione Ciuitatis, in qua habitent, vt l. si non speciali, C. de testam. Non est æquum quod Ciuitas (quam inhabitent) pro ipsis pugnare debeat, vel ipsos vendicare, pro quo dicto faciunt, quia qui non habet munera, non potest dici municeps, l. 1. ff. ad municip. & qui non habet onus, & incommodum, commodo illius frui non debet, l. manifestissimi, §. sed cum in secunda, C. de furt. & l. secundum naturam, ff. de reg. iur. quod vtique procedit, etiam si statutum diceret quod aduenæ pro Ciuibus tractarentur, & reputarentur, secundum Bald. in d. auth. omnino, C. de actio. & obliga. Nam aliud est dicere aliquem esse ciuem, & aliud haberi pro ciue; & aliud aliquem esse filium, vel haberi pro filio, facit l. 1. in princ. ff. de suis, & legit. l. quidam, ff. de verb. obligat. & per tale statutum, illi qui non sunt

Ciues,

Ciues, non efficiuntur Ciues, l. mentis appellatione,& ibi gloss.& Iac. ab Aren. ff. de verb. signific. Intellige tamen prædicta esse vera nisi talis aduena, se cum alijs ciuibus factiones coluisse probaret, ad quod propositum facit, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.& l. ex placito, C. de rer. permut. Item nisi statutum generaliter loqueretur mandando, quod talis quo ad omnia reputaretur pro Ciue, tunc enim repræsaleę eidem conceduntur, per l. non debito, ff. de capti.& post li. reuer.& not. Bart. in eod. suo tract. de repręsal. d. quæst. 5. suæ vltimæ quęstionis. Item nisi talis aduena contemplatione Ciuitatis, in qua habitat, læderetur, quia tunc eum vendicare ipsa Ciuitas teneretur, l. 3. ff. de offic. Præsid.

15 Decimoquarto fallit in hospitibus, & cauponibus, quibus omnino repræsaleæ denegantur, nisi fortasse subirent onera, rationibus iam dictis.

16 Decimoquinto fallit in officiali, qui non reputatur Ciuis, nisi ratione officij sui, cui repręsaleæ non conceduntur, nisi iniuria contemplatione Ciuitatis, in qua gerit officium suum, sibi facta foret.

17 Decimosexto fallit in stipendiarijs, quibus repræsaleę non conceduntur, cum non sint Ciues, nisi quo ad stipendium, & militiam suam in loco, vbi militię causa degẽt,

vt si ad instantiam dict. Ciuitatis sibi ipsis illata esset iniuria rationibus, de quibus supra.

18 Decimoseptimo fallit, quando petens repræsaleas in contractu inter eos celebrato,& alienigenam iuri petendarum repræsalearum renuntiasset,quia tunc contra eorum promissionem venire non possunt, & ratio est, quia pactis standum est uulg.l. iurisgentium,§.Pretor ait,ff.de pact. & pacta rumpunt leges,& ex conuentione formam legis accipiunt, Cagnol. in auth. qui rem, num.30.C.de Sacros. Eccles.l. contractus, ff.de regul.iur.

19 Decimooctauo fallit, quando detentus pro represaleis esset paratus de iniustitia sibi illata docere, vt diffusius dicam infra.

20 Decimonono fallit, quando captus pro repræsaleis esset paratus resarcire ei damnum, qui eum detineri fecit, cap. vulgo, 23. quæstio. 2. nam tunc soluendo pro alio etiam inuito, & nolente eum liberat, vt in l. soluendo, ff. de negoc. gest. & l. solutionem, ff. de solut. & per consequens radix, & fundamentum ipsarum repræsalearum tolletur,l.adigere, §.quamuis, ff.de iure patron.cap.cessante,extr.de appellat.

21 Vigesimo fallit, vbi ille, contra quem dictæ repræsaleæ relaxarentur, esset Ciuis vtriusque Ciuitatis, & esset in culpa pro-

pria,

pria, & certa, quia tunc non esset tali habitatione dignus, vide infra, limit. 26. nec dignus, vt eximatur, cum talis comprehendatur noxius, l. Papinianus exul, ff. de minor. & maximè quando frequentius in loco iniustitiæ sibi illatæ, quam in loco vbi repræsaleæ concessæ fuerunt, conuersatur, iudicatur enim de loco, in quo magis practicatur, & conuersatur, & ibi firmum domicilium habere dicendum est, arg. l. cum dilaneonis, §. Sabinus, ff. de fund. instruc. & l. quęritur hermofroditum, ff. de stat. homi.

22 Vigesimoprimo fallit, vbi debitum pro quo reprȩsaleȩ petuntur, esset debitum ciuile tantum, & ratio videtur, quia de iur. gentium non licet pugnam committere, quod tamen ratione naturali dicitur introductum, nisi pro debitis iuris gentium, l. cum amplius, §. is natura debet, ff. de reg. iur. qui text. ad literam loquitur, ibi, & his verbis vtitur. is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus, & bene facit, quod notabiliter dicit Innocent. in cap. quia plerique, extr. de immunit. Eccles. Sed sic est, quod pro debito ciuili ratio naturalis non dictat, quod aliqua pugna committatur, ergo. & ita concludit Bald. in dicta Authen. omnino, C. de actio. & oblig.

23 Vigesimosecundo fallit, vbi super re par-

ua iustitia denegata fuisset, quia tunc repræsaleæ non conceduntur, & concessæ, non tenent, nec vllo modo validæ sunt, teste Bart. in d. suo tracta. repræsal. quæstio. 4. secundæ quæstio. princip. Sicut enim remedia subsidiaria, & odiosa, qualis est in integ. restitut. non competunt pro re modica, l. Seio, ff. de in integrum restitutio. l. si oleum, §. fin. ff. de dolo, ita repræsaleæ quæ reputantur remedia subsidiaria, & odiosa, non dantur pro re parua.

24 Vigesimotertio fallit, vbi petens repræsaleas minister electus fuisset, & in capiendis hominibus, vel eorum rebus modum excederet vulnerando, vel aliter quomodocumque verberando homines per eum capiendos, nam tales repræsaleæ sine alterius offensione, nec iniuria concessæ videntur, l. miles, §. iudicati, ff. de re iudic. vbi Modes. Iurisconsl. ait, iudicati actio est perpetua, & rei persecutionem continet, & ideo si excedat modum, a iure suo, & dominio excluditur, l. non ex singulis, ff. de regul. iur. & §. in dominorum, Institut. de his qui sunt sui, vel alien. iur. prædicta tamen non proceduut, quando non petens, sed executor excederet, l. is cui, §. missus, ff. vt in possess. leg. tunc enim propter ministri, seu officialis delictum, vel malefactum captus relaxari non debet, & creditori ad cuius instantiam captus

ptus fuit, damnum fieri, vt in l. non est verisimile, ff. quod met. cau. & l. interdum, §. qui se furem, ff. de fur.

25 Vigesimoquarto fallit, quando dictæ repræsaleæ die feriata in honorem Dei peterētur, quod, qualiter, & quando prædicta procedant, vide quæ infra per me dicuntur vide quoque Io. Iaco. a Canib. in d. suo trac. de repræsal. nume. 33. & sequen. Si vero essent feriæ propter vtilitatem hominum introductæ, sicut sunt feriæ messium, & vindimiarum, tunc concedi possunt, sicut executio rei iudicatę, & aliarum causarum summariarum conceditur, not. in l. 1. ff. de iudi. cap. fin. extra eod. Sed tunc si quæstio de dictis rebus tanquam ad alterum pertinentibus referatur, aut dictæ res sequestrabuntur, aut satisdabitur, & interim supersedebitur, teste Ioā. Iac. a Canib. in d. suo tracta. de repræsal. d. nu. 34. & seq.

26 Vigesimoquinto fallit, quando iudex super possessorio rei mobilis, interlocutus fuerit possessio cuius rei est vilis, & abiecta, argumen. l. si rem mobilem, ff. de acquiren. possess. & toto tit. C. si a moment. posses. fuerit appell. vel de alia re cuius damnum per appellationem a definitiua est reparabile, vt in l. ante sententiæ, C. quor. appell. non recip. tunc enim repræsaleę concedi minime debent, & si concessę fuerint nullius

momenti, vt dixi, erunt, nec valebunt, hoc dicit, & tenet Barto. in d. suo trac. de repręsal. d. quęst. 4. quęst. 2. princip.
27 Vigesimosexto fallit, quando repręsaleę ab aliquo Principe, vel ab alia Ciuitate superiorem nõ recognoscente petitæ concederentur, sicut sunt Barones sub Rege, Marchiones, & Comites sub Principe, vt sunt in omnibus fere partibus Mundi, & vna Ciuitas sub alia, vtpote Ciuitas Veronę, quæ est sub Potestate Illustrissimæ, & Eximiæ Ciuitatis Venetiarum, & sic de singulis, quoniam sicut ipse repræsaleæ non conceduntur, nec concessæ valent, nisi contra nõ habentem, nec recognoscẽtem aliquem superiorem, ita nec concedi possunt, nec concessæ sustinentur, nisi a non habente superiorem saltem de facto, & est ratio, quia solum Ciuitas, & Princeps non habens superiorem, ius belli indicẽdi habet, vt per Bartol. in l. hostes, ff. de capti. & postlim. reuer. & per Innocen. in cap. olim, de restitu. spoliat. Intellige tamen procedere, nisi huiuscemodi Ciuitas, vel Princeps subditus alicui, facultatem concedendarum repræsalearum à suo superiore haberet; tunc enim vice superioris concederentur, l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. §. qui mandata, ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Item nisi quando recursus, vt dixi, ad superiorem saltem
de

de facto haberi non posset, nisi cum difficultate, nam sicut difficultas ex parte eius contra quem conceduntur repræsaleæ attenditur, ita ex parte illius pro quo dictę repræsaleæ conceduntur, attendi debet, argumen. l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. credi. l. si alius, §. bellissime, ff. quod vi, aut clam, & l. nullus, C. de iudic. cum similibus.

28 Vigesimoseptimo fallit contra officialem, qui iniustitiam fecit, quia eo loco quo ipse officialis deliquit, puniri debet, & minime in alio loco, ad quod facit l. 2. C. vbi de crim. agi oport. l. 1. C. vt omn. iud. tam ciuil. quam crimin. & §. necessitatem, authen. vt iudi. sine quoque suffr. fiant, & ita tenet Barto. in d. suo tractat. de repræsal. quæst. 1. quæstio. 6. princip. Tu autem tene totum contrarium, teste Iacob. de Bellouis. in §. 1. authent. vt non fiant pigno. per l. 1. ff. quod quisque iur. & per cap. Romana, extra de sentent. excommunicat. nam licet durante officio coram superiore conueniri non possit, vt in l. pars literarum, ff. de iudi. & l. nec magistratus, ff. de iur. iur. sed dumtaxat post tempus, vel in tempore sindicatus, & successiue dicendum, non posse conueniri per pupillum concedentem repræsaleas in locum superioris succedant, illud de rigore iuris succedit. sed tamen inspecta ęquitate na-

turali,

turali,qua repræsaleæ introductę fuerunt, videtur quod possit quandocumque conueniri,quod confirmatur per Iac.de Bellouis. locis superius allegatis.

29 Vigesimooctauo contra mulieres, quæ de iure pro debitis carcerari non possunt, quod verum esse intelligitur quo ad personam,secus vero quo ad eiusdem bona, licet priuilegium concessum personis in multis casibus,videatur etiam concessum rebus,& bonis dictarum personarum priuilegiatarum, ratio enim propter quam lex prohibuit mulieres carcerari posse, est fauore sexus,& mulierum pudicitiæ, l.1. C.de offic. diuers.iud. multi enim conueniri possunt, quod nequaquam carcerari valent,vt in authen.hodie,C.de custod.reo. & idem tenet Petr. Pecch.in d.suo tractat.de iur.sisten. d. cap. 5.num.10.versic.de mulieribus, & nume.12.versicu.huc etiam, & vt diffusius dicam infra in regul. 30. incip. res priuilegiatorum.

30 Vigesimonono fallit contra scolares, quod,qualiter,& quando procedat,& procedere possit, vide quæ dixi supra in regul. 12. incip. bona scolarium, & dic, teneque ut ibi.

31 Trigesimo fallit cõtra patres scolarium venientes ad visitandum eorum filios existentes in studio,hoc tenet Ioã.Iaco. a Canib.

nib. in d. suo trac. de repręsal. nu. 43. ver. fallit vigesimosexto, idem tenet glos. in l. 2. §. idem Claudio, vers. venerant, ff. de iudi.

32 Trigesimoprimo fallit contra famulos, & rusticos scolarium, teste Io. Iac. a Canib. d. suo trac. nu. 43. & tex. est clarus, in authe. habita, C. ne fil. pro patre.

33 Trigesimosecundo fallit contra bidellos scolarium, seu studiorum, & eorum scriptores, qui ipsis scolaribus in studio existentibus sunt de appẽditijs necessarijs, teste quoque d. Io. Iac. a Canib. d. nu. 43. in prin. & ita tenent Doc. per identitatẽ rationis, vt in d. auth. habita, C. ne filius pro patr. & alijs rationibus de quibus infra.

34 Trigesimotertio fallit contra legatos, seu Ambasciatores, idẽ Io. Iac. à Canib. in d. suo tractat. de repræsal. num. 44. & seq. in prima parte.

35 Trigesimoquarto fallit contra famulos legatorum, seu Ambasciatorum hoc dicit, & latè d. Io. Iac. à Canib. eod. suo tract. dict. numero 44. & diffusius dicam in sequentibus regulis.

36 Trigesimoquinto fallit contra eos, qui inuiti, vel causa testimonij ad aliquem locum destinantur, vt not. in l. 2. ff. de Iudi. & sequitur d. Ioan. Iac. à Canib. eod. suo tract. dict. num. 44.

37 Trigesimosexto fallit contra euntes ad

Nun-

Nundinas publicas, ita voluit dict. Ioan. Iac.à Canib.dict. suo tractat. & dict. numero 44.& seq.

38 Trigesimoseptimo fallit contra euntes ad indulgentias famosas, vtpotè ad sepulcrum Sancti Iacobi de Galitia, & similes, a Sanctissimo,tamen, & Beatissimo Pontifice approbatas, idem procedit in omnibus famulis d. peregrinorum sic euntium ad dictas indulgentias teste dic.Ioan.Iac.à Canib. dict. num.44.in fin.

39 Trigesimooctauo fallit contra eos, qui vim ventorum ad aliquem locum,ad quem accersire minimè destinauerant, impulsi fuissent, de quo dicam infra in sequentibus reg.vbi videre non te pigebit, quia hoc tibi clarè notescit, & dic, limita ac distingue vt ibi.

40 Trigesimonono fallit contra eum, qui vxorem ducit, quia iuridicè nullibi detiueri debent, nec possunt, de quo etiam infra latè dicam.

41 Quadragesimo fallit contra eos, qui in ius,beneficio iuris communis vocari minimè possunt,de quibus omnibus fit mentio, in l.2. & 3. & l.neque impuberes, in princ. ff.de in ius voca.Et ratio,quia capi non possint, videtur,nam captura,realis citatio esse videtur, & dicitur, quæ in talibus personis prohibetur,vt clarè colligitur,in d.l.2.& 3. & d.l.

& d. l. neque impuberes, quod etiam tenet Ioan. Iac. à Canib. d. suo tract. num. 45.

42 Quadragesimoprimo fallit contra Doctores tam Legistas, quam Physicos, quoniã si pro eorum proprio debito capi non possunt, nec carcerari, quanto minus pro debito alieno, & quod capi non possint, tenent Bart. & cęteri doct. facientes de captura, ad quos pro concludenti intelligentia, me remitto, & maxime ad Bart.

43 Quadragesimosecundo fallit, cõtra omnes famulos dictorum priuilegiatorum, de quibus dixi supra, in 39. fallentia, ibi, idem procedit in omnibus famulis: & dicam quoque in sequentibus regulis, vbi vide, dic, & limita, vt ibi.

44 Quadragesimotertio fallit, in Aduocatis publicis, qui non possunt, etiam pro instrumento liquido carcerari, quia lex cõcedens personarum capturam, ad Doctores non extenditur, vt latè apparet ex not. in l. Medicos, C. de profess. & med. lib. 10. Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. & l. 1. C. de aucto. diuers. Iudi. Mars. in l. edictum, nu. 8. ff. de quæst.

45 Quadragesimoquarto fallit contra Ciues, qui verè Ciues vtriusque Ciuitatis, essent, vt dixi supra, in 22. limitat. & latè ostendam in sequentibus meis regulis.

46 Quadragesimoquinto fallit, quando aliquis

quis propria auctoritate eum caperet, cui Ciuitas iustitiam facere denegauit: nam hoc sibi non licet, quia vendicatio cuicunque est interdicta, l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad legem Aquilia n, bene facit l. extat, ff. quod met. cau. l. meminerint, & l. si quis in tantum, C. vnde vi, vbi Imperator dicit, ante euentum Iudicialis Arbitri violenter euaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit possessori restituat, & dominium eius rei amittat. Immo tunc abutens repræsaleis amissione iuris sui punitur, & in quadruplum, ac ad damna, & interesse condemnatur, l. 2. vbi Iacob. de Aren. ff. de verborum obligation. vbi vult quod etiam post moram ad interesse teneatur ille, qui certo tempore aliquid facere promiserit, & l. si te, C. de iure deliberan. & l. nam & seruus, ff. de negoc. gest. hoc idem tenet Io. Iac. a Canibus in dict. suo tracta. prima parte, numero 47. in fin. Intellige prædicta esse vera, quando copia Iudicis haberi possit, qui repræsaleas concedere posset, ac secus si talis copia Iudicis haberi nõ posset, & aliquis aufugeret, ita vt non restaret aliqua verisimilis spes, quod impetrata concessione haberi possit, tunc enim licebit propria auctoritate eum capere, & ad Iudicem ducere, l. dies festos, C. de feri. & ad propositum in authent.

in,o,

imo, C. de action. & obligation.
47 Quadragesimosexto fallit contra clericos, de quibus latissimè in corpore iuris, & est text. expressus, in cap. & si pignorationes, de iniur. & damn. dat. in 6. vbi pœna imponitur excommunicationis, repræsaleas contra Clericos,& eorum bona conc dentibus, si fuerunt personę singulares, quę eas concesserint, si vero vniuersitas fuerit, eidem pœna interdicti imponitur, & d. c. etsi pignorationes, in omni casu locum habet, nec aliquas limitationes patitur, sed generaliter est intelligendum, teste d. Io. Iac. a Canib. in d. suo tracta. 2. part. per tot. vbi, quę appellatione Clericorum veniant, enumerat, vbi vide.
48 Quadragesimoseptimo fallit contra Cõsiliarios Principum superiorem non recognoscẽtium, vt dixi supra, in reg. 6. secundę par. incip. bona consiliariorum, vbi casu emergente videbis.
49 Quadragesimooctauo fallit contra eos, qui suis bonis cesserunt, quia talis homo fit liber, & ad eius libitum potest ire, & quo vult redire, nec ab aliquo detineri, nec carcerari potest, hoc de iure communi videtur & etiam de iure statutario, fere in omnibus locis.
50 Quadragesimonono fallit contra habentes saluumconductum, hoc dicit, & tenet d.
Io.

Io.Iac.a Canib.in d.suo tracta.de repræsal. num.48.

51 Quinquagesimo fallit contra Medicos, qui sint Doctores in eorum arte, quia in eis militat ratio Iurisconsultorum, vt dixi supra in præsenti reg. in fallentia quadragesimatertia, vbi videre non te pigebit.

52 Quinquagesimoprimo fallit contra milites in militia degentes, secus si ad eorum patriam reuersi fuissent, & militiam reliquissent, quia isto priuilegio minime vti possunt, nec eis suffragatur, ita dicit dic. Io. Iac. à Canib. d. suo trac. d. nu.47.

53 Quinquagesimosecundo fallit contra omnes, qui propter bellum omnibus suis bonis spoliati fuerunt, quia eis tale priuilegium conceditur, vt dicam infra.

54 Quinquagesimotertio fallit contra omnes stipendiarios alicuius Principis, vel Ciuitatis, de hoc loquar, & diffuse in antepen. reg. huius mei tractatus.

55 Quinquagesimoquarto fallit in reb. omnium supradictarum personarum, vt dicam & melius, diffusiusq; inf. in reg. 30. inci. res priuilegiatorum, vbi omnino vide, saltem casu emergente, & dic, ac limita, vt ibi.

56 Quinquagesimoquinto, & vltimo fallit contra commeantes ad exercitum, vt dixi supra in reg. septima, incip. bona forensium commeantium.

REGV-

REGVLA DECIMAQVINTA, Secundæ Partis.

1 BOna ſeu peculium ſerui litigantis de eius ſtatu interim ſequeſtrari poſſunt, vt in l. 1. §. 1. C. de aſſert.toll.& l.fina. C.qui ad liber.proclam. vt refert Ferrar. in practic. Papi. in form.ſequeſt.in gloſ.prima,nume. ſecundo,verſicu.tertio fallit,vbi a paritate rationis, dicit idem procedere in filiofamilias, monacho, feudatario, & ſimilibus de quorum ſtatu quæſtio agitur, quia quando ſeruus in libertatem proclamatur, fit de bonis ſuis per iura ſupradicta,ſequeſtratio, & hoc idem tenent Iacob.de Aren. in dict. ſuo tractat.ſequeſt.numero 3. verſicu. item ſi ſeruus, & Dominus Angel.de Peruſ.in dic.ſuo tractat.eiuſdem materię, nume.8.& diffuſe dixi ſupra in prima parte,in regul.ſexta, incip. ſequeſ. pecun. 1

REGVLA DECIMASEXTA, Secundæ Partis.

1 BOues, aut alia animalia ad agriculturam destinata, & necessaria, minime sequestrari, seu arrestari possunt, hoc tenet indistincte Petr. Pecch. in d. suo tracta. de iur. sisten. d. cap. 5. num. 16. versic. item arrestari, argumen. l. executores, & l. pignorum gratia, C. quæ res pigno. oblig. poss. vbi Imperatores clare dicunt, quod boues aratorios, aut instrumenta aratoria pignoris causa de possessionibus non abstrahant, & in d. l. pignorum, hæc verba dicuntur, pignorum gratia aliquid, quod ad agriculturam pertinet, auferri non conuenit, est bonus text. in auth. agricultores, C. eod. vbi melius hoc idem declaratur, dum Feder. Imper. dicit, nullus inueniatur tam audax, vt personas, boues, & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad operam rusticalem pertineat inuadere, aut capere, aut violenter auferre præsumat. Ad hoc facit Bertach. in suo tractat. de gabell. 2. par. octauæ par. quæstio. 5. quod procedit nedum pro debito priuato, sed etiam, vt dixi, pro tributis, & pecunijs fiscalibus, teste Rebuff. ad Constit. Regni, tom.

tom.1.artic.2.glos.1.nume.101. & est text. expressus,in cap.fina.de tregua, & pac. vbi videmus text.dicentem,rustici euntes, & redeuntes,vel in agricultura existentes,& animalia quibus arant,& semina ad agrum portant, congrua securitate lætentur, de qua re multa extant apud Matth.Afflic. ad Constitut.Neapol.Constitut.incip.ab officialibus,col.fin.& quamuis leges super hoc loquentes,de pignoribus,& executionibus loquantur,paritas tamen rationis efficit,vt de sequestris, quæ executionis fundamentum continent, intelligantur, etiam si rustici nihil aliud possiderent,testibus d.Pet. Pecch.& Alber.in d.l.executores,C.quę res pigno.oblig,poss.& Rebuf.loco prædicto, num.105. & ita indistincte tenet Pet.Pecc. d.suo tract.d.num.16. reprobando opinionem tenentium contrarium,& vsum in cõtrarium tanquam pessimum,& Ciuitatibus Rebusq.publicis perniciosum.Limita non procedere quando rustici non haberent alia bona,quia ipsi tunc pignorari poterunt & a paritate rationis eorum bona sequestrari, vt est glos.in d.l.executores, quam Cyn. & Saly.in l.spem,eodem titulo approbant, & sequuntur, vbi reprobant Spec. tenentem contrariam opinionem, & per illam glosam dicit Mars.in suo tract.de fideiussoribus, num.100. quod d.glos.sibi videtur li-

mitari posse,& multum restringi,& quę gl. pro singulari solet allegari, in l. nepos Proculo, ff. de verb. signif. quæ in proposito dicit, quod militibus pro pignore arma auferri non possunt, nec libri scolaribus, vt d. gl. quod habet locum quando milites,& scolares alia bona, super quib. pignorari possint, habeant, at secus si alia bona non habeant, quia tunc arma militibus, & libri scolaribus pignorari possent, & hoc ne ipsi milites,& scolares cũ aliena iactura locupletiores fiant, contra reg. locupletari, de reg. iur. Et pro hac limitatione facit optimus tex. & glo. fin. in l. stipendia, C. de execut. rei. iudi. & quod prædicta pignorari, & sequestrari valeant, vltra dicta, & per Mars. vbi supra allegata, Cyn. & Salyc. in locis superius adductis, tenet etiam Rip. in suo trac. de peste fol. mihi 75. & Gomes. in §. item Seruiana, Institut. de actio. & Pet. a Duen. regul. 275. nume. 11. & ita tenendum est, præterquam in libris scolarium & armis militum, qui, & quæ nullatenus pignorari, & sequestrari possunt, vt dixi supra, in prima part. in regul. 10. incip. bona militum, & regul. 12. incip. bona scolarium, & ita etiam vbique practicatur.

REGVLA DECIMASEPTIMA, Secundæ Partis.

1 CArceratus tam pro debitis, quam pro delictis in carceribus ſequeſtrari, & raccommandari poteſt, quod, qualiter, & quando hoc procedat, vide quæ late dixi, ſupra in prima par.& dic,ac limita,vt ibi,videque etiam Bal.in ſuo trac.de carcer. cap. 2. nume.3. & latius per Matth.Brun. in ſuo trac.de ceſſio.bono.quæſtio.11.quartæ quęſtio.princip.num.17.vſque ad num.37. Bartol.in l.1.ff.de cuſtod.reor. & Angel.de Arim.in additio.ad Dominum Ange.de maleficijs, in gloſ.fam.publica, verſ. ſeptimo quæro,an carceratus.

2 Primo limita non procedere,quando ſequeſtraretur, & raccommandaretur in carcere die feriata in honorem Dei, hoc bene dicit Matth.Brun.d.quæſt. 11.nume.28. vſque ad num.33.excluſiue.

3 Secundo fallit quando prima captura non teneret,ſed nulla eſſet,quod qualiter, & quando procedat, tradunt omnes Doct. de captura ſcribentes,& maxime Bartol.in d.ſuo trac.de carcer. & dicam infra in 4. limita-

mitatione, vers. ego autem sum contrariæ opinionis.

4 Tertio fallit, quando captura indebite esset facta, ita limitare videtur dict. Matth. Brun. d. quæstio. 11. num. 19. & sequen. & ratio videtur, quod est de per se inutile, vt captura, quæ sit nulla, alteri vigorem minime tribuere potest, l. cum vnus, ff. de bon. aut. iudi. possess. ideo in vi, seu adhæsione veritatis raccommandatio, seu sequestratio non procedit, quia qui adhæret semper in eo statu, in quo inuenit id, cui adhæret, adhærere debet, vt tenet d. Brun. loco præallegato nume. 24. & sequen. vbi dicit, quod captus pro debito ciuili, si captura fuit nulla pro alio debito retineri minime potest, & quod debeat adhærere, cui adhæret, dicit ad literam, vt supra, per Decis. Rot. 225. incip. adhærentes, in nouiss. & per Oldrad. in consil. 290. incip. contra articulos datos, & per multas alias auctoritates ibi per eum adductas, quas omnes bene vide, & considera.

5 Quarto fallit, quando esset carceratus pro executione sententiæ, vel instrumenti, & secundus creditor, qui talem carceratum sequestrari, vel in carceribus raccommandari peteret, nec haberet pro se sententiam nec instrumentum, sed executionem paratam haberet, & licentia contra eum concedatur,

datur, quod fieri poteſt, etiam quod ipſe ſit in carceribus, teſte d. Brun. d. quæſt. 11. nume. 32. vbi dicit, quod carceratus ad creditoris inſtantiam pro ſe ſententiam non habentis, raccommandari non poteſt, imo in dicto loco tradit cautelam pro carcerato, ne raccommandetur, dein dicit quod quando carceratus eſt de carcere relaxandus; nec aliud reſtat, quam ſibi fieri relaxatio, vel relaxetur, raccommandari non poteſt, vulg. & tritiſſimus eſt text. in l. ſi reus paratus, ff. de procurat. & ratio videtur, quia ſunt diuerſæ ſpeciei, vt dicam in ſequenti limitatione. Dat enim dic. Brun. cautelam in dic. num. 32. quod captus ſtatim debitum pro quo captus eſt, offerat, & illud antequã alia de ipſo capiendo, vel detinendo licentia detur, conſignet, iux. l. acceptã vbi Bald. Saly. & D. Ang. & etiam Caſtrẽſ. C. de vſur. & ſic, vt dixi, cum de carcere relaxãdus ſit, recõmandari minimè poteſt, per d. l. ſi reus paratus, quod tene menti, quia ignari Iudices hoc non animaduertunt, & ego pluries vidi debitores cum ſuo relaxo in manibus, & nihilominus tali Iudices cum recõmandari ſinunt, qui poſtea propter alias recom̃mandationes in carceribus moritur: Ego autem ſum contrariæ opinionis, per ea quę dicit notabiliter Aym. Crau. in conſ. 46. incip. de ſtylo, vbi indiſtinctè, tenuit, carce-

ratum, qui de nouo carcerari iuridicè posset, non esse relaxandum etiam quod debitum, pro quo captus fuit, obtulerit, & illud quoque consignauerit, ad quod faciūt, quæ elegantissimè dixit Castr. in l. non potest videri, ff. de iudic. quia si Iudex de nouo eum capiendi licentiam dare potest, multo magis potest eam confirmare, ita tenet Innoc. in cap. cum contingat, de offic. & potest. Iudi. deleg. & Bart. in l. si expressim, ff. de appell. & relatio. vbi ad literam loquitur lex, dicens, quod sentētia quæ continet expressum iuris errorem, est nulla, & appellatio ab ea non est necessaria, & si appellatur, & appellatio deferatur, vllo pacto dicta sententia confirmari potest, nec debet, præsertim cum multa Iudicis auctoritate facta teneant, quæ alias non valerent, nec fieri possent, & prohibentur, l. 1. §. biduum, ff. quan. appell. sit, & intra quæ temp. & l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Si enim lex contra iuris communis regulas, si periculum fugæ subsit, debitorem ab ipso creditore propria auctoritate capi patitur, manusq; creditorum armat, ne talis debitor elabatur, l. ait Prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credi. fact. sunt, vt in integ. restit. vbi Vulp. dicit, si aliquis abstulit pecuniam sibi debitā à debitore fugiente, cum alijs creditoribus illam communicare non tenetur, nisi habito

to possessu bonorum d. sui debitoris, ergo potest creditor debitorem suũ capere, quæ nõ est causa quod sequestrari nequeat, quãdo creditor, etiam quod sententiam, & instrumentum non habeat, probando suum creditum per testes petit ipsum debitorem sequestrari, & in carceribus recommandari, nulla profecto causa saltem valida adduci potest, & dicant quicquid velint Brun. & cæteri ab eo allegati. Et pro hac contraria opinione faciunt etiam quæ dixere D. Ang. & Alex. in l. si finita, ff. de dam. infect. vbi dicunt, quod tenuta reuocari non debet, quando iustis, & legitimis de causis, & de nouo concedenda esset, quos sequitur Ias. in l. si pacto, num. 5. C. de pact. & in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudi. Sic enim dicẽdum est debitorem relaxari non debere, etiam si indebitè captus sit, si creditor qui eum iniustè carcerari fecit, dicat dictum captum sibi teneri in alio debito, vel alia re, iuxta tenorem aliarum literarum, teste Aym. Crau. d. consil. 46. num. 7. vbi multas auctoritates allegat, quem in præsenti articulo videre non dedignaberis, & maximè allegat Castr. in consi. 472. incip. in causa capturæ Iacobi, ad fin. vol. 1. vbi concludit capturam debitoris non ritè factam reuocari non posse, neque debere, si de nouo facienda esset, & dicta captura non ritè fa-

cta sustineri debet,& propterea relaxari nõ debere,quando per tertium creditorem recommandari petitur,etiam si iniustè carceratus fuerit,ad instantiam alicuius creditoris, nõ obstante quod pro dicto debito, pro quo carceratus inueniretur,veniret relaxãdus,& de iure relaxari deberet. tex. est, vbi Doct.& maximè Castrens.in l.sed exhibendi,ff.ad exhibend. nam dolus,seu calumnia primi prætensi creditoris secundo creditoris obesse non debet, ad tradita per Bart.in suis quæstio.quæst.6.incip.Lapus, & Guid. Pap.in decis.61.in fin. & Soci.in cons.119. vol.3.Nec obstát si diceretur quod carceratus in pristinam libertatem poni debeat, & postea statim ad instantiam tertij creditoris capi, & detineri, quia respondeo, quod quę fieri possunt per pauciora, per plura minimè fieri debent,& quando aliquis relaxari debet, non potest iterum, & statim capi, & in carceribus intrudi,sed in loco tuto remitti debet, vbi liberè morari valeat, testibus Marsi.in sua prax. Crim. in §.attingam, nu.26. & seq. & Paris de Futeo in suo tract. de sindic.in rub.captura, cap.4.nu.3. & ibi in addit. in litera B, fol. mihi 138. concludendum ergo est,quod carceratus pro debito,siue iustè,siue iniustè recommandari potest, & in carceribus sequestrari, ad instantiam, & requisitionem eiusdem creditoris

pro

pro alio debito liquido, si prima carceratio fuit nulla, tūc etiam, & indistinctè à tertio creditorè probante eius creditum, siue per instrumenta publica, siue per testes concludentes, siue per æquipollens, recōmandari potest, per tex. in d. l. sed exhibendi, ff. ad exhiben. & hoc per rationes, & auctoritates supradictas, & adductas, & ita tene menti, quia videbis hoc continuè in [foris] practicari.

Quinto fallit, quando talis debitor esset carceratus pro debito criminali, quia tunc non potest recommandari, nec in carceribus pro debito ciuili sequestrari, testibus Bald. in d. suo tract. de carcer. cap. 2. num. 3. & Brun. in d. suo tract. de cessio. bono. q. 11. 9. q. princip. num. 33. 35. & seq. & not. Bart. in l. 3. ff. de custo. & exhibi. reor. Et ratio videtur, quia fuit pro executione criminis carceratus, sequestratio vero pro expeditione processus causæ ciuilis petitur, quod fieri minimè potest, nec debet, cum sint causæ diuersæ speciei, sicut dicimus in reconuentione, & prorogatione, vt notatur, & est bonus tex. in l. si quis ex consensu, C. de Episc. audi. & de diuer. capi. vbi dicit, sed experiētur illius in ciuili duntaxat negocio, & Cy. in l. 1. ff. de iudi. l. cum Papinianus, C. de sen ten. & interloc. omn. Iudi. cap. at si Clerici, extr. de iudic. Secus autem si causæ essent

eiusdem

eiusdem speciei, arg. l. si idem cum eodem, ff. de iurisdict. omn. Iudi. & cap. 1. & seq. ext. de mutu. petit. & ita per plura consuluit Rom. in quodam suo cōsilio registrato per Brun. in d. q. 11. 4. q. princip. num. 33. vsque ad num. 37. & ita tene indistinctè, quod scilicet carceratus pro debito criminali non possit recommandari, nec pro debito ciuili sequestrari.

REGVLA DECIMAOCTAVA, Secundæ Partis.

1 
Orpus, seu cadauer debitoris defuncti ad instantiam creditorum sequestrari, ne sepelliatur donec hæredes debita dicti cadaueris persoluerint, nulla ratione potest, imo creditores id petentes hodie nedum ab actione, quam cum hæredibus habent, & super bonis illius cadaueris cadunt, & tantundem hæredibus dicti mortui erogare tenentur, sed etiam in confiscatione tertiæ partis bonorum tale sequestrum petentium, puniuntur, & infames efficiuntur, vt perpulcrè declarat Rip. in suo tractat. de peste, c. de præserua. remed. num. 101. versic. & primo quæro, & in l. obliga-

tione, num.34. versic. viso de libero homine, ff.de pigno.per tex.in l.cum sit iniustũ, cum auth. sequen. C.de sepulc. viola. idem tenet Boer. in decis. 287. Incip. & in dicto processu, num.2. vbi dicit quod impediens mortuum ob eius debita sepelliri, multis pęnis punitur, & in specie eius prętensum creditum amittit. Et Didac.Couar.lib.2.varia. resolut.c.1.Incip. legibus, num.10.& Petr. Pecch.d.suo tracta.cap.5.num.17. & Brun. in d.suo tractat.quæst.3.princip.num.8. & Spec.in tit.de appell.§.in quibus vers. octauo, & ratio est secundum eos, quoniam Reipublicæ interest, vt mortuorum corpora sepelliantur, ne Ciuitates fœtore, vt experientia rerum magistra docet, pestilentia afficiantur, naturaque humanitus, & verecundia ostendit, quod etsi facilis sit sepulcri iactura, tamē qui superstites sunt, tam iniqui, barbarique esse non debent, nullam vt habeant humanitatis rationem, vt non sinant cadauera debitæ sepulturæ tradi: non minusque expedit Reipublicæ mortuos humari, quam viuos conseruari, dixit Bald. in l.fin.C.de nego.gest. & latè Guliel. Bened. in cap. Raynutius, versic. mortuo itaque, num.56.de testam. Nam cadauera sine vllo obstaculo in memoriam humanæ conditionis sunt sepellienda, l.quidam in suo, ff. de condit.instit. videmusque omnem appella-

tionem

tionem esse interdictam, ne cadauera mortuorum sepelliantur teste Spec.in dict.§.in quibus,& l.fin.ff.de appel.recip.cap.ex parte de sepul.

2 Primo limita non procedere, quando ille debitor mortuus debitum per instrumentum guarentigiatum soluere obligatus fuisset, & statutum extaret, quod instrumenta guarenrigiata productis instrumentis ad voluntatem creditoris executioni demandari deberent, tunc enim creditor iudicis auctoritate corpus debitoris sui mortui sequestrari facere poterit,ne sepelliatur,quousque hæredes de debito sibi satisfaciant, secundum Dominum Angel.in auth. vt defuncti,seu funera eorum,§.1.quem refert,& sequitur Mars.in l.fin.col.pen.num.63. versic. item adde etiam prædictis, ff. de quæst. & idem in sing. 199. incip. in iure expressum; Tu vero tene contrarium per ea, quæ dicunt Fely.in cap.sicut Iudęi vers.spręuit, & versic. vnde extr.de iudi. & Petr. Pecch. vbi supra,& Petr.à Duen.reg.397.versic.& quia interdicta est reprenditurque Angel.à Roderico in 5. extensione ad l. post rem.ff. de re iudi.fol.mihi 570. Nam si affines fideiussores, & hæredes defuncti intra nouem dies à tempore mortis debitoris pro debito molestari nequeunt,l.cum sit C. de sepulc. viola. & vt dicitur per doct.tractantes, vel

seu

seu scribentes de captura, vbi tenent hære-
dem à creditoribus, vel legatarijs infra tem
pora conficiendi inuentarij non posse mo-
lestari, conueniri, nec inquietari, etiam si
aduersus defunctum lata fuisset sententia,
quos omnes vide, & ego quoque sum istius
opinionis rationibus, & causis de quibus
in sequentibus regulis, & tanto minus cor-
pus mortui debitoris sequestrari poterit,
alias id quod vna uia denegaretur, alia con-
cederetur, scilicet si corpus defuncti pro-
pter eius debitum sequestraretur, quod ab
hæredibus, uel fideiussoribus soluendum es-
set, & sic non haberent tempus a iure con-
cessum, esset contra ea, quæ supra dixi, &
ideo ex his liquet, & manifestè liquet, opi-
nionem Domini Angel. & Marsil. in hoc
non esse bonam, sed ab omnibus reproba-
ri tanquam inhumanam, & æquitati con-
trariam.

3 Secundo fallit, quando corpus manifesti
usurarij sequestrari peteretur, donec usuræ
iam per mortuum usurarium habitæ resti-
tuerentur, tunc enim sequestratio procede-
ret, & hęredes idoneę de usuris restituendis
cauere tenerentur, teste Domino Angel. in
d. Auth. ut defuncti, seu funera eorum, §. 1.
uers. not. hoc casu pro usurario, & idem ui-
detur tenere, & sequitur Fely. in dic. c. sicut
Iudęi uers. unde dixit Spec. dum dicit dictū
Do-

Domini Ang. nō procedere, nisi manifesto usurario opponatur, per tex. in c. quāquam, de usur. in 6. Tu uero in hoc etiam tene con trarium rationibus supradictis, scilicet ne Ciuitates pestilentia afficiantur, quamuis enim in d. cap. quanquam in terra Sancta, seu Sacra sepeliri nequeant, non tamen per hoc prohiberi poterit, quin in terra profana sepeliri queant. Nam Reipublicæ interest, ne etiam corpora anamathezatorū insepulta iaceant, vt per Rip. in d. suo tracta. de peste, C. de præserua. remed. nume. 102. versic. qua pœna non plectentur, de quo vide etiam Gramm. in decisio. 82. incip. Incidit sermo inter fratres, vbi dicit, quod iam plectebantur in libris quinquaginta auri, sed tunc in tertia parte suorum bonorum, & tantundem, vt dixi, hæredibus erogatur, & actionem quam habent, amittunt, imo subiungit ibi, quod infames efficiuntur per text. in l. cum sit iniustum, cum authen. sequen. C. de sepulc. viola. & Ferrar. in suo trac. de Episc. in 3. par. 4. lib. q. 13. ver. accesserit hoc infero nu. 23. & seq.

4 An vero ferētes cadauera a loco, in quo moriuntur ad locum sepelitionis gabellam in illis locis, per quę cum dictis cadaueribus transeunt, soluere teneantur, & an dicta occasione licite cadauera detineantur. Dic quod non, quoniam locus tantum destinatus

stinatus inspicitur, non ille ad quem casu aliter peruenitur, l. quęsitum, §. fin. ff. de legat. 3. vbi dicit glos. in verb. rebus, quod ea quę casualiter adsunt, adesse non uidentur, per l. interdum, §. si propter, ff. de public. & uectig. ubi Paul. de Castr. qui dicit, quod si aliquis per unum territorium transibat, & audito quod latrones in illo itinere erant, aliud territorium, ubi gabella erat soluenda, intrauit, & eam non soluit, per hoc salma in commissum non incidit, & confiscari non potest, & ratio est, quia casualiter ad dictum locum, & causa latronum fugiendo rum peruenit, Felyn. in cap. Rodulphus, & cap. octaua, de rescrip. Socin. nepos in consil. 49 uol. 1. Alex. in consil. 66. uol. 4. Boer. decisio. 13. num. 51. & sequen. in princ. ubi dicit de filio, qui nascitur, dum mater per aliquam Ciuitatem, Castrum, uel locum transibat, & quia intentio matris non erat ibi parere, non fit Ciuis dicti loci, in quo nascitur, sed illius Ciuitatis, in qua mater esse pręsupponit ad parendum, ac esse fingitur, per text. in d. l. nihil, ff. de capti. & postlimin. reuer. quem Boer. omnino uide ibi, quia duo exempla casualia ponit, idem Socin. nepos in cons. 1. uol. 2. & Bald. in consi. 51. uol. 2. & cons. 61. uol. 1. Guid. Pap. singu. 1143. Rip. in d. suo tractat. de peste, in octauo priuileg. & Barto. in d. suo tract. quęst. 7.

4.questio.princip.uers. ad decimum.Nemo enim inuenitur, qui tam demens sit, quod nesciat cadauera ad locum sepelitionis per aerem deferri non posse, alias electio sepulturę libera non esset,quę nulla ratione constringi debet, nec potest, cap.de uxore, de sepulc.& talis libera electio ob nimios sumptus impediretur,quia hęredes defuncti dictus sumptus portare non possent, de hoc uide Petr.Pecch.d.cap. 5.num.17. uersicul. quid igitur dicemus,ubi abusum in contrarium reprobat.

5 Postremo an cadauer pro repręsaleis sequestrari,uel retineri possit, dic audacter, quod non,teste Mars.in suo trac.bannit.in uerb.homines,fol.mihi 91.& 92. ubi casu emergente uidearis.

REGVLA DECIMANONA, Secundæ Partis.

1 
Ebitum debitoris nostri penes eius debitorem recte sequestrari potest, ita dicit Petr.Pecch.in dict. suo tracta.de iur.sisten. cap.4. num.10. & Dominus Angel.in l.2.C.quan.fisc.uel priua.& l.hęres in in.ff.ad Trebell.quod procedit nedum pro

debito puro, sed etiam pro debito in diem, & ratio uidetur, quia sicut debitor in diem iussu subsistente suspicionis causa capi, & detineri, & in carceribus detrudi potest, ut satisdet de soluendo debitum, pro quo captus fuit, & detinetur, ut dixi supra, & tenet glos. ordinaria, in l. quæsitum, ubi Bart. & Bal. ff. de pign. & eos sequitur Io. Bapt. Caccialup. in d. suo tract. de debit. suspec. quęst. 3. num. 2. & Petr. Pecch. d. suo tract. d. cap. 4. num. 7. & Curt. in dict. suo tract. de sequest. quæst. 9. num. 46. & Mars. in d. tract. bannit. in uerb. carcerari, num. 57. Ita etiam bona, & res eiusdem debitoris in diem licite, subsistente tamen suspicionis causa, sequestrabuntur, saltem ut satisdet, de soluendo debitum adueniente tempore in obligatione apposito, ualet enim, ut alias dixi, argumentum de persona ad res, & de re ad personas, l. qui plures, ff. de uulg. & pupill. l. miles ita, ubi Bart. & cęteri, ff. de milit. testam. & Ias. in l. sed si possessore, §. si eum, col. 2. ff. de iur. iur. Similiter procedit in debito sub conditione, ubi ante conditionis euentum, suspicionis periculum immineret, ut satisdatio pręstetur, quemadmodum per omnes scribentes de hominum captura, dicitur, & tenet etiam Io. Bapt. Caccialup. & Petr. Pecch. in locis superius adductis, quos si opus euenerit uidere, nec disuadeo, uidelicet

Caccialup. in d. quęst. 3. num. 1. & Petr. Pecch. in quæst. 7. num. 7. uersic. quod autem de debito in diem diximus.

2 Quomodo autem dicta sequestratio fieri debeat, dic hoc modo. Creditor suum Iudicem adire debet, & idem exponere, se esse creditorem Sempronij de tanta summa, & probare, ut dixi supra, in prim. part. in reg. 2. Incip. petens fieri sequest. & instare penes talem debitorem sui debitoris sequestrum fieri, quod debeat penes se in sequestrum omnem pecuniarum quantitatem retinere, quam de iuribus d. Sempronij, uel alias res puta equum, triticum, uinum, oleum, & similia, habet, & dicto suo creditori, nec aliæ personæ sine expressa licentia Domini Iudicis, & usque ad ius cognitum tradere, quam formam sequestrorum uidetur ponere, pract. Papi. in for. sequestr. in fin. sed quoniam ubique ferè adsunt statuta, & constitutiones qualiter, quando, & quomodo sequestrationes fieri debeant, pluribus non insistam, & illis statutis, ac constitutionibus ne in omnibus, & per omnia remittam, quia in illis Ciuitatibus sunt leges.

3 Verum enimuero, si talis penes quem factum fuerit sequestrum, comparuerit, & se esse debitorem negauerit, tunc cum petens sequestrum nequeat plus iuris aduersus debitorem debitoris sui habere, quam

ipse

ipse primus debitor, creditor dic. debitoris penes quem factum fuit sequestrum, oportebit primo debitum probare, l. si debitum, C. quan. fisc. vel priua. & gloss. in dict. l. 2. C. eod. tit. & doct. in d. l. à Diuo Pio, §. sic quoque, ff. de re iudic. Ideo forsan non esset ab re, talem debitorem debitoris pro certa die citari facere ad audiendum quicquid, &c. vt docet, & bene Rebuff. ad ordi. Reg. tom. 1. artic. 6. gloss. 3. num. 64. qui si venerit præuio iuramento interrogabitur; an sit debitor, & quid debeat dicto suo creditori, & an huiusmodi res, &c. & secundum Rebuff. loco prædicto iurare à iusdicente cogetur, & si se debere, aut aliquam rem dicti mei debitoris detinere confitebitur, statim eidem fiet præceptum, quod omne id quod habere confitebitur, penes se in sequestrum retinere debeat, & nemini sine Iudicis, aut creditoris voluntate, & licentia tradere, sub pœna soluendi de suo. Quo facto impetrans sequestrum, illud debitori suo significare, & iuridicè notificare tenetur, iuxta stilum, & consuetudinem cuiuscunque loci, & statutorum suorum, eumque citari facere, vt tali die veniat ad respõdendum quicquid vult, & potest, ne sibi pecuniæ, vel res penes talem sequestratæ relaxentur, qui si non venerit, iustamque causam, cur sequestrum ne queat sustineri, & quare pecunię, vel res re-

laxari non debeant creditori suo, non allegauerit, liquidato sequestro, Iudex ex pecunia sequestrata creditori soluendum esse pronuntiet, seu alias rem distrahi, & pretium creditori numerari præcipiet, quod tenet Rebuff. dict. num. 64. & quod refert, & sequitur dict. Petr. Pecch. dict. suo tract. dict. cap. 4. num. 10. Massuer. vero ad pract. Papi. tit. de execu. column. 7. versic. item si creditor asserit, & ibi dicit, quod facto, vt dictum est, sequestro debitori debitoris sequestrantis sub certa pæna ne soluat, vel ne res vllo modo creditori suo dimittat, nec relaxet, poterit ille qui sequestrum impetrauit sequestrarium cogi facere ad deponendum penes Iudicem, vel notarium, vt quotidie fit, pecuniam debitam, ne alioqui eadem difficultate ab eo dictam pecuniam, vel rem sequestratam, sequestro liquidato, vt supra, consequatur, qua debitum ab ipsomet suo debitore assequi nou potuit. Gaudent enim, imo sæpe procurant debitores, vt quo facilius moram soluendi trahant, pecunia, quam debent, apud eos sequestretur, ad quod subterfugium, & cautelam prudens Iudex animaduertere debet, ne creditores à similibus personis decipiantur.

4 At vero sequestro pendente, & sic non amoto eo, sequestrarius valeat à creditore suo cogi ad soluẽdum, vel rem debitam traden-

dendum, dic quod non, ex mente Masfuer. & Petr. Pecch. locis iam desuper dictis, & allegatis, sed pone, quod ille sequestrarius ante sequestrum creditori suo cum iuramēto ad certam diem, & sub certa pœna soluere promiserit, an si pendente sequestro dies venerit, & non soluerit, in periurum, & pœnam in dicto instrumēto sic iurato positam cadat? dic affirmatiuè quod non, & ratio videtur, quia iussus Iudicis à mora, à pœna, & à periurio excusat, arg. l. nō videretur, §. qui iussu, ff. de reg. iur. ubi ad literam habemus hæc, qui iussu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet, l. fin. ff. de legi. commiss. Bart. & Dy. in l. creditor, ff. de solut. Castrens. in consil. 285. vol. 1. Barba. in cōs. 29. vol. 3. Cuman. in consil. 185. incip. Ser Laurentius, Anch. in consil. 64. incip. motiua Iudicis in ferendo sententiam Ias. in consil. 26. incip. præsupposito, vol. 3. Dec. in cons. 25. incip. pro tenui facultate mea, ac temporis angustia, Rebuff. d. num. 64. pract. Papi. in summa sequest. in glos. audeat, vel præsumat, vers. vltra quæritur, num. 2. per iura ibi ab eo allegata, Curt. d. suo tract. q. 16. num. 60. Ias. in l. si quis maior, C. de transact. Oldra. in consil. 27. incip. thema tale est, & Petr. Pecch. d. suo tract. d. cap. 4. d. num. 10. & latè dixi supra, in princ. part. in reg. 3. incip. sequester,

seu sequestrarius, vers. postremo quæro, dic tamen, & limita, vt per d. Petr. Pecch. d. numero 10. ipse enim limitat, vbi ipse sequester, seu sequestrum perperam factum fuisse constaret, & minimè defendi posset, quia notoriè nullum esset.

5 Primo, quod pecunia, seu res penes debitorem debitoris mei sequestrari queat: Limita non procedere, pro debito minimo, & parui momenti, arg. earum, quæ dicit Io. Bapt. Caccialup. in d. suo tract. de debit. suspec. d. q. 3. num. 2. uersic. Tertio utrum pro omni debito, & Petr. Pecch. d. suo tract. c. 5. num. 14. Curt. dict. suo tract. q. 6. num. 38. & seq. Dec. in consil. 75. incip. pro tenui facultate mea, col. 2. cir. med. vbi dicit, quēquam capi posse pro debito incerto, quia posset esse parua quantitas, in qua captus restaret debitor, pro qua parua quantitate non debet quis capi, & allegat Maria. Socin. quem sequitur Ioā. Bapt. Caccialup. in loco superius allegato, Rip. in d. consil. 13. num. 31. sub tit. de leg. & long. consuet. & idem procedit pro repræsaleis, vt dixi supra, in reg. 14. secundæ part. incip. bona aliena pro debito alieno, & tenet Ioā. Iac. à Canibus in d. suo tract. de repræsal. in prim. part. num. 36. vers. fallit decimosexto, & quamuis Doct. à prædictis allegati de carceratione loqui videantur, habet etiam locum in sequestratione,

tione, vt scilicet his casibus captura, & sic sequestratio non concedatur, quibus ob vtilitatem rei actio non tribuitur, de qua retractari solet, in §. gallinarum, Instit. de rer. diuisio. & in l. si oleum, ff. de dolo malo, vbi glos. in fin. dicit hic, actio de dolo pro modica summa non datur, vel in parentes, vel in patronos, nec vilissimo homini contra hominem auctoritatis cum tribus legibus sequētibus, immo in l. idest, declaraturque nam sit summa modica, dicens vsque ad duos aureos, & Tobias in lib. 2. singul. respons. cap. 26. in cuius rei cognitione arbitrium prudentissimi Iudicis versabitur, iuxta ea quæ notabiliter dicit Hippo. dict. l. quæstionis, ff. de quæsti. quod etiam tenet Pet. Pecch. in d. suo tract. d. cap. 5. d. num. 14. idem dic quādo creditor ad sui debiti conseruationem sequestrari principaliter non petit, sed calumniæ causa, vel æmulationis id petat, tunc enim audiri non debet, secundum Guid. Pap. in decis. 246. num. 4. vbi his verbis vtitur. Tertio, quod is qui sequestrum petit ad sui iuris, vel crediti conseruationem hoc opponi faciat, non autem calumniæ causa, vel æmulationis, & hoc iurare debet, quod iuramentum ante omnia à Iudice deferri debet, per l. de pupillo, §. qui opus, cum seq. ff. de oper. nou. nunciat. quod tene menti.

Secundo

seu sequestrarius, vers. postremo quæro, dic tamen, & limita, vt per d. Petr. Pecch. d. numero 10. ipse enim limitat, vbi ipse sequester, seu sequestrum perperam factum fuisse constaret, & minimè defendi posset, quia notoriè nullum esset.

5 Primo, quod pecunia, seu res penes debitorem debitoris mei sequestrari queat: Limita non procedere, pro debito minimo, & parui momenti, arg. earum, quæ dicit Io. Bapt. Caccialup. in d. suo tract. de debit. suspec. d. q. 3. num. 2. uersic. Tertio utrum pro omni debito, & Petr. Pecch. d. suo tract. c. 5. num. 14. Curt. dict. suo tract. q. 6. num. 38. & seq. Dec. in consil. 75. incip. pro tenui facultate mea, col. 2. cir. med. vbi dicit, quẽquam capi posse pro debito incerto, quia posset esse parua quantitas, in qua captus restaret debitor, pro qua parua quantitate non debet quis capi, & allegat Maria. Socin. quem sequitur Ioã. Bapt. Caccialup. in loco superius allegato, Rip. in d. consil. 13. num. 31. sub tit. de leg. & long. consuet. & idem procedit pro repræsaleis, vt dixi supra, in reg. 14. secundæ part. incip. bona aliena pro debito alieno, & tenet Ioã. Iac. à Canibus in d. suo tract. de repræsal. in prim. part. num. 36. vers. fallit decimosexto, & quamuis Doct. à prædictis allegati de carceratione loqui videantur, habet etiam locum in sequestratione,

tione, vt scilicet his casibus captura, & sic sequestratio non concedatur, quibus ob vtilitatem rei actio non tribuitur, de qua retractari solet, in §. gallinarum, Instit. de rer. diuisio. & in l. si oleum, ff. de dolo malo, vbi glos. in fin. dicit hic, actio de dolo pro modica summa non datur, vel in parentes, vel in patronos, nec vilissimo homini contra hominem auctoritatis cum tribus legibus sequētibus, immo in l. idest, declaraturque nam sit summa modica, dicens vsque ad duos aureos, & Tobias in lib. 2. singul. responsi. cap. 26. in cuius rei cognitione arbitrium prudentissimi Iudicis versabitur, iuxta ea quæ notabiliter dicit Hippo. dict. l. quæstionis, ff. de quæsti. quod etiam tenet Pet. Pecch. in d. suo tract. d. cap. 5. d. num. 14. idem dic quādo creditor ad sui debiti conseruationem sequestrari principaliter non petit, sed calumniæ causa, vel æmulationis id petat, tunc enim audiri non debet, secundum Guid. Pap. in decis. 246. num. 4. vbi his verbis vtitur. Tertio, quod is qui sequestrum petit ad sui iuris, vel crediti conseruationem hoc opponi faciat, non autem calumniæ causa, vel æmulationis, & hoc iurare debet, quod iuramentum ante omnia à Iudice deferri debet, per l. de pupillo, §. qui opus, cum seq. ff. de oper. nou. nunciat. quod tene menti.

Secundo

6 Secundo quod pendente sequestro primus debitor non possit cogere debitorem suum penes quem factum fuit sequestrum ad instantiam creditoris sui ad sibi tradendum pecuniam, uel seu dimittendum rem suam, limita non procedere, si eidem debitori suo idoneam indemnitatis aduersus creditorem arrestantem cautionem prestaret, argument. earum quę leguntur in l. is a quo, ff. de rei uendi. & dicuntur per Ias. in l. non solum, §. morte, nu. 28. ff. de oper. nou. nunt. Tene tamen tu contrarium, nisi dicta cautio penes creditorem arrestantem præstita fuerit, quo casu sequestratio reuocatur alias secus, ita tenet Rebuff. d. num. 64. & Paris. in cons. 107. uol. 3. ubi dicit quod habens obligatum nomen debitoris, potest illũ prohibere, ne principali creditori soluat, quos omnes refert, & bene sequitur Pet. Pecch. in dict. suo tractat. cap. 4. nume. 10. post medium.

7 Tertio quod sequester a mora, pœna, & periurio excusetur. Limita non procedere, quando ex malitia sua sequestrum solecitauerit, teste Felyn. in cap. fin. de testibus, & in cap. final. de foro competent. argument. l. & qui data, ff. ex quibus caus. maio. in integ. restitut. Barbat. in consil. 56. volum. 6. Cagnol. in d. l. non videtur, §. qui iussu, ff. de regul. iur.

8 Quar-

8 Quarto fallit, quando adeo notorie sequestrum inique, perperamque factum fuisset, quod nullo modo defendi, aut sustineri posset, teste Dec. in dic. §. qui iussu, & latius per Iaſ. in d. conſ. 26. vol. 3.

REGVLA VIGESIMA, Secundæ Partis.

1 DOs licet alias in causa principali, quando reus est soluendo, sequestratio prohibita sit, etiam si subsit dilapidationis timor, nihilominus sequestrari poterit, l. si cum dotem, §. sin autem in fæuissimo, versi. si vero dotem, ff. solut. matrimon. & est ratio, quia in mariti dominium transiuerit, oneribus tamen matrimonij, & mulieris est subiecta, l. in rebus, & l. vbi adhuc, ff. de iu. dot. & ita dicit, & tenet Cur. in d suo tractat. in 2. not. verſ. contrarium tamen, num. 8. idem confirmat Dominus Angel. dicto suo tracta. de sequeſt. num. 6. vbi dicit quod si maritus vergit ad inopiam, eius bona, & fructus sequestrantur, scilicet propter eius malos mores, vt ex dote mulier se sustentare valeat, per d. l. si cum dotem, vbi habetur quod maritus alicuius vxoris infirmę quam pro-

propterea spreuit, debet ipsam alimentare; & si dotem dissipat, eius bona sequestrari debent. Apud quem vero sequestrari debeant, vide quæ dixi supra, in prima par. in regul. 6. incip. sequestratio pecuniæ, limit. 16. num. 19. ver. decimosexto fallit.

2 An vero fundus dotalis alienari possit, vide Ferrar. ad prac. Pap. in form. libel. acti. real. in glos. veris, & legitimis, num. 58. & distingue, vt ibi per eum, vide etiam Massuer. ibi in additio. in additio. incip. fundus dotalis, & etiam ibi Bernard. Laud. in additio. sub litera D, D, & litera E, E, vide quoque eundem Massuer. Ferrar. in d. form. libell. super restitut. vel seu petitione restitu. in integ. in glos. tunc iurauit, num. 14. idem in dictis additio. fundi dota. & additio. nisi prius sub litera G, & eund. Ferra. in d. form. libell. quo vxor agit ad dotem, in glos. ac etiam Castrum, num. 2. & ibi Massuer. in additio. incip. æstimata, & per eund. Ferrar. in form. respon. libell. in act. hypotec. in glos. exceptionem executionis, nume. 29. & sequ. Massuer. in addit. incip. mulierum fructus.

REGV-

REGVLA VIGESIMAPRIMA, Secundæ Partis.

1 FRuctus coloni aſcriptitii ſi de ſoluendis fructibus non poterit præcauere, litigando cum Domino ſuo ſuper fundo, eo quia vult poſſeſſionem conductam deſerere, ſequeſtrantur, vt diffuſe dixi ſupra in prima parte, regul.ſexta, incip.ſequeſtratio pecuniæ,num.18.limitatio.15. ubi uide & dic,ut ibi.

REGVLA VIGESIMASECVNDA, Secundæ Partis.

1 FRuctus poſſeſſionis ubicunque ſubeſt dilapidationis timor, tam in cauſa principali,quã in cauſa appellationis ſequeſtrari poſſunt, quod, qualiter, & quando procedat, dixi in dic.regul.6.num. 7.limit.4.limit.5.num.8.limitat.6.nume.9. limitatio.10.num.12.& limitatio.11.num. 14.& in regul.7.incip.appellatione pendente,& in reg.8.incip.lite pendente, ubi omnino

nino uide, & dic, ac limita, ut ibi, uide etiam quæ dicuntur infra, in regul. 27. incip. res litigiosa, ubi habemus multa genera sequestrorum extante maxime timore ne partes ad arma ueniant, & hoc uidetur etiam per dictam reg. 6. incip. sequestratio pecuniæ, limit. 26. num. 29.

REGVLA VIGESIMATERTIA, Secundæ Partis.

1 
Ructus rei datæ in tenutam, si missus in possessionem, & tenutam infra annum eos dissipat, medio tempore sequestrantur, ut dixi supra, in dict. regul. sexta, limitatione 24. nume. 27. ubi occurrente casu non te uidere pigebit, similiter fructus rei petitæ in odium contumacis per iudicem sequestrari possunt, teste Maran. in suo Specu. par. 6. tit. de contumacia, nume. 31. & dicam infra.

REGV-

REGVLA VIGESIMAQVARTA, Secundæ Partis.

1 

Nſtrumēta ad agriculturam deputata, & neceſſaria, vt ſunt aratra, ligones, raſtra, tridentes, vehicula,& ſic de omnibus alijs inſtrumentis ſimilibus pro debito minime ſequeſtrari ualent,ad hunc propoſitum facit Petr.Pecch.in dict.ſuo tract. dict.cap. quinto,num.16. & uide etiam, quæ late dixi ſupra in hac præſenti parte,in regul. 16. incip.boues,iura enim ibi allegata faciunt, & adaptantur etiam ad inſtrumenta deputata ad agriculturam,pro quibus te ad prædicta remitto.Limita non procedere, quando ruſticus alia bona non haberet, ut limitaui in dicta regul.16. & ita dicit, & tenet Marſil. in d. ſuo tract. de fideiuſſoribus, numero 202.

REGVLA VIGESIMAQVINTA, Secundæ Partis.

1 RES oblata ab aliquo de familia alicuius ordinarij officialis, super qua quæstio moueretur, interim ne pereat sequestrari debet, quia tunc agere nequit, vt dixi in prima parte, in regul. 6. Incip. sequestr. pecuniæ in limitatione 22. num. 25. quid vero veniat appellatione rei, vide infra in reg. 27. incip. res litigiosa, num. 2.

REGVLA VIGESIMASEXTA, Secundæ Partis.

1 RES hæreditariæ lata sententia in iudicio vniuersali sequestrari possunt, & sequestrum sustinetur, vt latissime dixi supra in prima par. in dict. regul. 6. limitatio. 9. num. 12. ubi uide.

REG-

REGVLA VIGESIMASEPTIMA, Secundæ Partis.

1 Res litigiosę per iudicē, ne partes veniāt ad arma, sequestrari possunt pulcre Spec.in tit.de seque. posses.& fruc. ver.sed nunquid, nu.3. vbi dicit, quod vbi agitur interdicto vti possidetis, poterit iudex vsum possessionis sequestrare,& illū ambabus partibus interdicere per tex. in l.eū quem,C.de suspec. tut.vel cura.vbi Imperator dicit quod stāte tutoris, vel curatoris suspicione pendente causa allegatæ suspicionis ab administratione abstinere debet, & litis euentū expectare,& per alium tex.in l.adoptiuus, ff.de rit. nup.nec per hoc aliquis lædi videtur,arg.l. tutor,§.1.ff.de excus.& tēp.ear.& quod possessiones,& fructus earū sequestrari valeāt, tradit Bal.in l.ordinarij,col.4. vers.sed hic quæro,C.de rei vend.;vbi dicit prius possessorium,quā petitoriū terminari debere,per l.2.C.de summ.Trin.& fid.Cat.& l.fi.col.2. vers.est quartus casus,C.de edic.Diui Adri. toll.& per Inno.in c.in præsentia, col.1.de prob.idem Bal.in l.1.in fi.C.de app. Bar.in l.si duo,col.3.vers.alij dicunt,ff.vti possid. faciunt Doc.in l.ęquissimum,ff.de vsufr.& in l.fi.ff.de procu.idem Bar.in l.quod iussit,

post glo.ff.de re iud.Bal.in addi.ad Spec.in ti.de libel.concep.col.2. ver.quãdo partes, idẽ Bal.in l.1.ff.de prohib.seque.pec.& in l. pen.vbi ẽt Bar.& D.Ang.ff.vbi pupil.educ. debe.idem Bal.in d.add.ad Spec.in d.tit.in prin.verſ.facit notabile verbũ, Abb.in c.olim ex literis,col.2.verſ.ſed tu vide,extr.de reſc.& circa hãc materiã vide Parid.de Put. diffuſe loquẽtẽ in d.ſuo tra.de ſind.in verb. iudex vt non arguatur & Flor.in l.in re cõi diuidundo,§.cum de vſufr.ff.cõm.diui. vbi Iuriſcon.Iulianus dicit,vt ij penſiones ſine vlla controuerſia percipiant, & D.Fran.de Curte,in ſuo conſil.61.& Marſ.in ſua prax. cri.in §.pro complimẽto,nu.45.& ſeq. fol. mihi 269.Et quãdo rẽ litigioſam ſequeſtrari liceat,vide caſu occurrẽti ea,quæ per me dicta fuere ſup.in 1.p.in d.reg.6.lim.26.nu. 23.& 29.& in reg.7.d.1.par.inci.appellatione pendente,& in reg.8.d.1.p.incip.lite pẽdente: Quid vero appellatione rerum litigioſarũ veniat,vide Iaſ.in l.ait prætor,col. 1.ff.de iur.iu.vbi dat regulã,cum fallentijs, & ibi quid in iudicijs,quid in ſentẽtia quid in emphy.quid in teſtamẽtis,& quid in materia odioſa,& dic vt per eum ibi,& in l.ſerui electione,§.Labeo,ff.de leg.1.& l.plane, §.ſi.eo.ti.Et dic ẽt quod rei appellatione veniũt iura, & actiones, teſte Ale.in conſ.51. vol.5.Gui.Pap.in deci.291.vel potius 584.

inci.

inci.fuit dubitatũ,vbi D.D.de parlamento cõcludũt,quod nõ veniãt,p tex. in l.Quintus Mutius, la 2.§.argento. ff.de aur.& arg. mund.leg.vbi dicit Vulp.argento omni legato quod suũ esset, sine dubio nõ debetur id quod in credito est, hoc ideo quia nõ videtur suũ esse,quod vẽdicari nõ potest, vbi Bar.q allegat gl.in l.hęredẽ,C.de hęr.act.& inferius cõtrarię opinionis esse ostẽdit,per doctrinas ibi per eum inductas, & ita refert Masuer.in prac.Pap.in for.libel.act.real.in gl.cui cohęret post litt.D,in add.incip.res.

2 Quando autẽ res dicatur effici litigiosa, dic aut quęritur de re,aut de actione,primo casu res efficitur litigiosa per solam oblationẽ pręcum factã Principi, vel superiori,vel per solã productionẽ libelli,secundum Iac. Butr.in l.2. C.de litig.per auth.litigiosa, C. eo.ti.Secundo vero casu tunc actio efficitur litigiosa,quãdo lis venit cõtestata, d.l.2. vt refert,& sequitur prac.Pap. in for.libel.act. reali,in d.gl.veris,& ltĩmis.nu.60.subdẽs de iure canonico rẽ,& actionẽ per solã,& simplicẽ citationẽ litigiosam effici,vt in cle.1. ext.vt lit.pẽd.in principali vero actione res per litis cõtestationẽ efficitur litigiosa,teste Ferr.in d.prac.Pap.in for.resp.rei cõuen.in glo.exceptionẽ,nu 3.& seq.& si vis videre, qñ res dicatur litigiosa effici vltra Ferra. in locis p̃d.vide Syluest.in sua sum.in ver.lis,et

Olaſ.in deciſ.65.nu.144.Rom.in conſ.270. nu.3.& Maiſue.in add.ad prac Pap.in d.gl. inc.veris,& legit.& in add.inc.& dic quod Doc.quæ eſt pen.add.& in d.gl.incip. exceptionem,& in add.inc.litigioſi,vbi late, & plures allegat auctoritates. Et no.quod ille qui rem,& actionē litigioſam alienat,punitur,vt videtur in l.3. ff.de litig.& l. fi. C.eo. ti.& nedum alienans punitur,ſed alienatio ipſa eſt nulla,& corruit,vt in d.l.fin.& hoc idē tenet Ferr.ī d.gl.inci.exceptionē,n.4.& quod res litigioſa alienari prohibeatur, vide Miſeg.in ſuis obſeruat.obſer 55.Cent.1. vbi enumerãtur caſus,qui a regula excipiũtur,& ibi de pęna tã alienãtis,q̃ rem litigioſam emētis uidebis.an uero uitium litigioſę lapſa inſtantia duret, uide d. Olaſc.d.deciſ. 65.nu.14.& Cur.in l.2.col.13.nu.9.C.eo.ti. ubi tenet, quod ſic, & tres fallentias ponit.

